

8

Auct. lat.
1847

8° d. v. lat. 1847.

Virgil. III

QVAESTI
VNCVLAE IN ECLO-
GAS VIRGILII SALVENDENSI
Iurientuti p̄scriptæ.

AVTORE STEPHANO
Riccio Calensi.

I T E M.

ARGUMENTA SEV DISPOS-
tiones D. Philippi Melanthonis
in Eclogas easdem.

I T E M
ECLOGAE SEPA-
ratim adiectæ.

FRANCOFORTI EX OFFICI-
na Petri Brubachij,
ANNO, M. D. XLVIII.



416 026 378 700 16

IOANNES STIGELIUS
ad Lectorem.

*Artibus ingenuis teneram formare iuuentans
Qui studet, atq; animos adiuuat arte rudes,
Ecquid de patria quis in ille salute meretur,
Quam populos legum qui ratione regit?
Præparat ingenium rerum præceptor ad usus,
Quod sine doctrina quid nisi nomen habet?
Et sunt qui rigido suspendant omnia naso,
Quæ non per uigilem tota Cleanthen olent,
Definite ò ronchi, non hac sine cortice nanti,
Sed pueris author qualiacunq; dedit*



HONESTO ADOLES-
CENTI ABRAHAM PFRVNNDT,
Egidij præfecti Torgensis filio,
discipulo suo charissimo
S. P. D.



VM IN HAC NO-
stra Schola Eclogas Virgi-
lij honestis et mei et lite-
rarū studioſis pueris pre-
legerem, aliquam studio-
rum meorum partem in
id posui, ut in breues que-
ſtūculas locos Cominu-
nes, quos imprimis obſeruari uelim, cōicerem. Pro-
dest enim plurimum, res difficiles succintis queſtio-
nibus comprehensas pueris proponere. Eſi uero
mihi dubium non eſt, quin incurram reprehenſio-
nem quorundam, quibus nihil unquam ſatisfacit,
quod non accuratiſime scriptum, aut magna uerba
rum pompa exornatum eſt, tamen fretus conſcien-
tia officij mei, tua item singulari erga me pietate,
te has queſtiones optimo animo à me accepturum
confido. Sic enim tibi persuadeas uelim, Abraham
chariſ. quod ista tuo nomini nuncupata ſint, non
tantum ut meum erga te, tuumq; parentem, hone-

flūſimum uirum, anūmum testarer, ſed etiam ut te
ad Spartam tuam diligenter ornandam, pro ui-
rili accenderem. Quod tum demum & tu rectiſia-
me feceris, & ego expectatione hac tanta non ex-
cidam, ſi cogitaueris primum, hanc eſſe tuam uoca-
tionem, ut literas perdiſcas, nec poſſe te Deo acce-
ptiore cultum preſtare, quām ſi ita emergas, eiufa-
modi aliquando euadas, ut ego quoq; ut cui priua-
tim iuſtiuendus & formandus es traditus, aliquem
fructum, hoc eſt, aliquam uoluptatulam ex illo frua-
tu tanquam meo iure mihi poſſim uendicare. Prae-
ter a parenti tuo, mei nominis ſtudioſiſimo, facies
ſummaria iniuriam, ſi non ibieris & hoc p̄e omnibus
ages, ut quam expectationē de te in animo eius
cōcitatifi, non ſolum equaſſe, ſed & ſuperaffe uide-
ris. Inſuper nota eſt elegantiſima Ulyſſis ad Græ-
cos duces abitionem à Troia adornantes oratio, in
qua adhortatur Principes, ut perſiſtant, ne traſci-
ant tam turpiter infelliſ rebus exercitum in Gra-
ciā, maxime cū tam diutino decennali bello erāt
mirabiliter & afflitti & affecti. Idem quoq; tibi di-
ctum puta. Vide quæſo, ne & ſcholam & tuum pre-
ceptorem dedecores, & quod Ulyſſes dixit, idem
ſemper tanquam Apollinis oraculum in animum
tibi reuoca,

ἀρχόντι θηρίον τε μέγενη, κεντόντε νέοδι.

Præterquād

Præterquād enim, quòd erit tibi dedecori, diu
frequentaffe ſcholam noſtrā, parumq; didiſſe,
requirit etiam Deus à te, ut diſcas. Nam ſicut om-
nes creature & omnes bestie parent illi ſenſuī,
quem à Deo accepert, ita æquum eſt etiam nos
homines parere, ut ultro & propter uoluntatem
Dei laboremus, idq; magno ſtudio & imdefatigabi-
li ſedulitate fieri debet. Quare ſi diligenter funga-
ris tuo offiſio, aſpirabit Deus tuis ſtudijs & fortu-
nabit ea. Nam niſi Dominus fortunet laborem &
ſtudia noſtra, tunc nihil fit, inſcœliciſime omnia dia-
ſcuntur. Sed hac hac tenui pro meo in te offiſio tie-
bi non dubitaui p̄cipere, quòd ita comparatos
uos adoleſcentes ſciam, ut crebris adhortationibus
excitandi & in offiſio refinendi ſit. His uale, &
Christus tua ſtudia gubernet. Salueldie III.

Iduum Nouembris, Anno, &c.

M. Stephanus Riccius
Calensis.

EROTE MATA IN PRIMAM ECLOGAM.

Quæ res dedit occasionem Virgilio
scribendi carmen Bucolicum?



VM in bello granu inter Anto-
nium & Octauium Augustum
exorto una cū Cremonēibus
non ob delictum, sed loci uici-
nitatem Virgilius etiam suis a-
gris exutus & spoliatus esset,
eosdemq; tandem recuperasset opera Afinij Pol-
lionis, Varij, Mecenatis, & Cornelij Galli familiari-
um Cæsaris, cum ipsi Cæsari, tum ciuiis amicis pro re-
ceptis agris agresti carminis genere, ut pares bene-
ficio sint gratiae, pulcherrime seruato decoro, gra-
tias agit.

Cur poëta inscripsit Bucolica?

Tripples sunt pastores, απόλοι, hoc est, capra-
rij, επιμένθη, hoc est, opiliones, qui caprarijs
paulo putantur honestiores, & honestissimi εσκό-

λοι.

IN ECLOG. VIRG. 4

Aoī. Inscriptis igitur Bucolica aut ab optimo ani-
mali, quod inter quadrupedes pascitur, aut à simili-
tate & humilitate argumenti.

Vnde trahit originem?

Grecis βύκολος significat pasco aut curro bo-
nes. Inde fit Βύκολος, hoc est, Bubulcus, ετερο-
κολικόν, hoc est, pastorale carmen, quod sermo-
nes aut colloquia pastorum continet.

Quem imitatus est poeta in
Bucolicis?

In Bucolicis imitatus est Theocritum, sed non
affectus est mirabilem illam elegantiam, subtilita-
tem & suavitatem, quæ est in Græco carmine Theo-
criti. In Georgicis uicit Hesiodum. In Aeneide uer-
o fermè equauit Homerum.

Quid est Eclogæ?

Ἐκλογὴ est parvum carmen, tanquam ab alijs
selectum & excerptum. Deriuatur enim à Greco
uerbo ἐκλέγεσθαι, quod significat eligere seu colligere.
Quare errant, qui Eclogas dictas putant
& ποίηση λόγος, quæ sit sermo de capris.

Constant ne etiam Eclogæ uno
eodemq; arguimento?

Non. Iam enim describuntur amores, iam factū

4

QVAESTIVNCVLAE

Iaudatur, iam clari uiri laudantur, alibi continent insectationem æmolorum, alibi certamen.

Quod genus dicendi in Eclogis fecutus est:

Mediocre & humile genus orationis, sicut poëta ipse testatur, cum inquit, Sylvestrem tenui Musam meditaris auena. Quia non utitur hic metaphoris longe petitis, non atrocibus, sed blandis & rusticis uerbis, proprietatem cum quadam diligentia custodit, non habet crebras interrogationes, nullos habet omnino atroces motus.

Vnde personæ huius operis magna ex parte habent nomina:

Habent nomina maiori ex parte de rebus rusticis conficta, ut Melibœus nomen habet à μέλειον & λόβῳ, quodd habet curam boum. Tityrus uero Laconum lingua proprie dicitur aries ille magnus gregemducere solitus. Nostri uocant, der leyt hamel.

Ad quod genus causarum refertur hæc Ecloga:

Ad genus demonstratiuum, Continet enim laudem facit.

Quis

IN ECLO. VIRG.

Quis est principalis locus in prima Ecloga?

Locus de gratiarum actione, qui in hoc Enthymemate consiftit, Ego à Cæsare multa beneficia accepi, Ergo mihi loco dei coletur. Integre Syllogismus hic est, Qui benefaciunt nobis, illi colèdi sunt, Cæsar beneficit mihi, Ergo Cæsar mihi colèdus est.

Quot habet partes hæc Ecloga?

Duas, In altera enim parte huius Eclogæ Tityrus Cæsarem & illius erga se beneficentiam & liberalitatem magnificat, agitq; gratias pro restituitione agrorum. In altera uero parte Melibœus inspectatur rabiem & furorem ciuilium bellorum, & deplorat calamitates, quæ bella sunt secute. Ita oratio Tityri est perpetua quedam narratio de benevolentia Augusti erga se. Melibœi uero oratio est querela & ciuilium bellorum execratio.

Qui sunt in hac Ecloga loci communies digni obseruatione?

P R I M V S est de amore & dulcedine patriæ. Nam quodd Melibœus inquit, Nos dulcia linquimus arua, alludit ad locum communem, nihil patriæ esse amabilius, adeò ut in patria malimus tenuiter

QVÆST IVNCVL AE

uiuere, quād apud exterorū omnib[us] facultatibus
affluere . Hinc Homerūs 9. Odyss. fingit Vlyssē
sem potius teneri amore patriæ, quam Calypsus,
cum ait,

ῶς οὐδὲν τλόκιον ἱς πατέρες, οὐδὲ τοκίων
γίνεται. εἰ ποτὲ καὶ ἀπόρεσθι τοῖον δίκον
γλάχεν ἀπλούστην ναίει ἀπάνθυτο τοκίων.

Hoc est,

Quād nihil est patria, charisq[ue]; parentibus usq[ue];
Dulcius, atq[ue]; magis gratum, licet omnia plena
Sint tibi diuitijs, patriaq[ue]; sit usq[ue]; carendum,
Nonne domi malis pauper, tenuisq[ue]; uideri.

Item in primo Odyss. dicit de Vlysse,
ἀυτῷρ̄ ὁ θυμεὺς
ἴεμένος καὶ καπνὸν ἀποθρέψκοντα νεῦσσαι
ἵς γαίης, θαύμειν ἵμείστεαι.

Quod Ouidius sic reddidit,

Sed tamen optat
Fumum de patrījs posse uidere foci.

Idem,

Nescio qua natale solum dulcedine cunctos
Dicit, et immemores non finit esse sui,
SECUNDVS est de præstanda gratitudi-
ne

IN ECLOG. VIRG.

5

ne ijs, qui bene de nobis sunt meriti . Nam quod
ait, Erit ille mihi semper deus, alludit ad locum
communem de gratia referenda . Hinc Hesiodus
maiore mensura, quæ acceperis utenda, si modo
possis, reddere iubet,

Εὖ μὴν μετέχεις παρὰ γῆτονος εὐλόγῳ δου-

vul.

ἀντεῖδε μέτρον, καὶ λάθιον, ἀκελλήνη.
Ita pinxerunt charitas, unam auersam, reliquas
duas aduersas.

TERTIVS est de defensione literarum.
Nam quod ait, Ludere, quæ uellem calamo permissit agresti, potest commode detorqueri ad locum
communem, studiosos literarum non posse flore-
re absq[ue]; fauore & defensione magnorum Prin-
cipium, & doctos uiros indigere præsidio summo-
rum ordinum.

QUARTVS est de contemptu literarum
perniciōissimo. Nam quod Tityrus dicit, Quam-
uis multa meis exiret uictima septis, uidetur at-
tingere locum communem, studiosorum ingenii
tum primum excitari, cum honos artibus habeantur.
Iuxta illud Poëta, Honos alit artes . Item,
Sint Meccenates, non deerunt Flacce Marones;

Vergiliusq[ue]; tibi, uel tua rura dabunt.

QUINTVS est de præcipuo ornamento.

QVAE STIVNCVLAE

eo ciuitatum. Quod enim Meliboeus dicit poëtam à tota Roma expetitum, & ab omnibus tribus ordinibus, in quos populus Romanus diuisus erat, vocatum, refertq; quòd poma, hoc est, ingentia præmia, que uirtuti Virgilij debebantur ab Amarijide, Romano nempe populo, ad ornandum Virgilium conseruata sint, proculdubio significare uoluit, quòd homines cognitione literarum ex cultisint uera ornamēta ciuitatum. Nec tam opes, nec fundi, nec arces ornant ciuitates, quam fama doctorum.

S E X T V S est de studio cuiuslibet hominis. Quod enim ait, Hinc alta sub rupe canet frondator ad auras, alludit ad locum communem, suum cuiq; dulce esse. Iuxta illud Ouidij i. Trist. Eleg. 6. Scilicet est cupidus studiorum quisq; suorum, Tempus & assueta ponere in arte iuuat.

S E P T I M V S est de reuerentia fluminibus & fontibus exhibenda. Cum enim fontes uocat satros, sentit uim quandam numinis esse infusam in omnes res. Hinc est pulcherrimum preceptum a pud Hesiodum,

μηδέ τρτ' ἀεγάνον τρτα μῶν κακά ισχόν νόλω
ποσὶ πρέψῃ, πρίν γ' εὐεξι ιδώντες κακά δέεθεα.

Quod scilicet nunquam debeamus transire

IN ECLO. VIRG.

re flumina, quin cogitemus Deum esse causam efficientem & mandasse, ut hoc flumen perpetuo fluat.

O C T A V V S est de calamitatibus bellorum ciuilium. Inquiens enim, En quò discordia ciues Perduxit miseris, alludit ad incommoda bellorum ciuilium, in quibus milites infantes sepe à complexiu matrum abstractos mactare solent, nulla etatis aut sexus discrimina obseruant, miseris pueris, mulieres abstractiunt ad foedissimas libidines, omnia equant humo. Hinc Cicero recte dixit, se malle iniquissimam pacem, quam iustissimum bellum.

N O N V S est de tranquillitate studiorum. Conquerens enim Meliboeus se in tanta rerum confusione nulla amplius scripturum esse carmina, indicat studia literarum requirere in primis ocium & tranquillitatem, iuxta illud Ouidij, Carmina proueniunt animo deducta sereno. Item, Carminalia secessum scribentis & ocia querunt.

E R O T E M A T A I N

Secundam Eclogam.

Quare Poëta huic Eclogæ Ale-
xini nomen fecit?

QVAESTIVNCVLAE

SVNT, qui nomen sortitam esse putant ab ALEXANDRO puer, quem Poëta ab ASINIO POLLIONE dono accepit. Verum alij propterea Alexin inscriptam esse arbitrantur, cui sententia & ego suffragor, quod cum Corydon ad se redemandum inuitat Alexin, ille ardenter amanti nihil respondeat.

Vnde deriuatur Alexis?

Deducunt Grammatici à priuatiua particula & fine, & λέξις dictio. Inde & λέξις. Quasi dicas mutus, & qui non dignatur respondere. Conqueritur enim rusticus Corydon se non respici, sed negligi & contemni ab Alexide.

Quo consilio conscripta est
hæc Ecloga?

Quia Virgilius parum adhuc erat notus & familiaris Augusto Cæsari, conatur hic eum in sui amorem pellicere. Neque enim incommoda erit allegoria, si sub Corydonis persona Virgilium, per Alexin uero Augustum Cæsarem intelligas.

Respexit ne etiam Poëta ad
Græcam imitationem
in hac Ecloga?

Maxime. Sumpfit enim locos ex Theocriti Cyclo

pe

IN ECLOG. VIRG.

clope, & tertio, & postremo Idyllio.

Ad quod genus causarum refertur Secunda Ecloga?

Ad genus deliberatiuum. Vtitur enim hic locus suisoris, dum ad amorem Alexin inuitare co-natur, hoc est, in gratiam Augusti se insinuat. Etsi uero argumenta sunt etiam sumpta ex genere demonstratiuo, ubi se ipsum laudat, suamq; artem deprehendat.

Quæ est propositio
carminis?

Propositio Eclogæ est, Ego uehementer tecum, sed me à te contemni video. Quare rogo, ut amantem redames. Hanc autem orditur ab exclamatione propter amoris impatientiam.

Quomodo amplificatur
propositio?

Primo collatione ex minori, Omnes pecudes, immo & lacerti uenenata animalia, et ipsi messores nunc propter meridianum istum astum, quo Sol flagrantissimus est, quiescunt. Quanto autem magis me tui amantem quiescere oportebat, qui propter meum contemptum nunc curis maceror & conficio. Secundo amplificatur propositio alia cō-

Paratione, Melius erat in ueteri amore perseuerare, quā nouum suscipere, ubi non redameris.

Quomodo concludit pro-positionem?

Eleganti Epiphonemate, quo extenuat preciosum formae. Etsi excellitis forma, tamen possum alia plura bona opponere.

Quibus argumentis uititur in persuadendo Aléxide?

PRIMVM argumentum ductum est ab opibus. Magna est milii copia pecorum, Ergo dignus sum, quem plurimum ames. SECUNDVM tractum est ab arte, Sum egregius Musicus, Ergo equū est, ut me mutuo amore complectaris. Integer Syllogismus est. Qui arte aliqua prædicti sunt, digni sunt, ut amentur. Ego magnam peritiam canendi habeo, Ergo dignus sum, qui à te redamer. Hoc argumentum amplificatur ab exemplo et authoritate Panos, Si Pan artem Musicam coluit, Ergo neq; te eius pudere debet. TERTIVM à forma, Sum excellenti forma præditus, Ergo merito sum amandus. QVARTVM à donis, Aufères et præmia nostri amoris fistulam, qua me unum dignum putauit Dametas. Addam capreolos, lilia, narcissum, violas, castaneas et pruna, Ergo ini- que

que facies, si me non redamaueris?

Qui sunt loci communes in Secunda Ecloga?

PRIMVS est, quod non nisi inter pares firmare coire et coalescere possit amicitia. Pares enim faciliter cum paribus congregantur. Hominis autem dissimilitudo, animorum dissensionem facit. Alexis enim adolescens est, Corydon natu grandior: hic deformis, ille formosus: Alexis eloquens, Corydon inconditus: ille urbanus, hic ruficrus: alter rerum civium, alter agriculturæ studiosus.

SECVNDVS est de natura amantium. Nam quod ait, Nonne fuit satius et c. depingit poëta, quomodo amatores presentibus non possunt esse contenti, sed semper denegata expetunt.

TERTIVS est de fragilitate formæ, quae plurimi insolescunt. Nam quod ait, O formose pulcher, nimium ne crede colori, alludit ad locum communem, formam esse bonum fragile, et statim deformari accessu temporis et morborum, iuxta illud Ouidij. 2. Amorum,

Forma bonū fragile est, qui intusq; accedit ad annos, fit minor et spacio carpitur illa suo. Nec semper uiolæ, nec semper lilia florent, Et riget amissa spina relicta rosa.

Q V A E S T I V N C V L A E

Ettibi iam uenient caniformose capilli,
Iam uenient ruge, quæ tibi corpus arent.

Q V A R T V S est de commendatione nobilissime artis Musicæ. Nam quod ait Amphilionem saxa & pecudes suis cantilenis & arte Musica ad se pertraxisse, alludit ad Musicam, prudentiam, & eloquentiam, qua homines feri & agrestes ad humaniorem uiuendi rationem reuocantur. De eo sic scribit Horatius in arte poëtica,

Sylvestres homines sacer, interpresq; deorum
Cædibus, & uictu foedo deterruit Orpheus,
Dictus ob hoc lenire Tigres, rapidosq; leones.
Dictus & Amphion Thebanæ conditor arcis
Saxa mouere sono testudinis, & prece blanda
Ducere quo uellet &c.

Q V I N T V S est de amoenitate ruris & voluptatibus uenationis. Cum enim dicit, O tantum libeat mecum tibi figere cervos, significat uenationem non tantum asserre voluptates, sed etiam infinitas utilitates, quas recenset Xenophon in libello suo de uenatione conscripto.

S E X T V S est, quod Musica sit ars digna que discatur à Principe. Quidam enim ait, Nec

te

I N E C L O G . V I R G . 10

te pœnitiat calamo triuisse labellum, significat Principi descendim esse Musicam, non tantum ut inter infinitas Reipublicæ & Ecclesiæ curas deferat illi aliquam uoluptatem, sed etiam illius animum à ferocitate & severitate ad quandam hinc mitatem, morumq; suavitatem traducat. Si quis demus Musici profit, teste Aristotele, οὐ πρὸς ἄδινον, οὐ πρὸς ταύτης γένος, οὐ πρὸς καθάρον.

S E P T I M V S, Quod stultum sit Principem uelle flectere muneribus, quibus abundat, aut Principi offerre carmina legendi, quibus non afficitur. Nam quod dicit, Rusticus es Corydon, nec munera curat Alexis, primum ostendit absurdissimum esse Principibus aut Regibus offerre manera, quibus nos indigemus & ipsi abundant, Iuxta illud Isocratis ad Nicoclem, Οἱ μὴ ἐισθότες δὲ Νικόκλεις, θυμῷ ταῖς βασι λεῦσσιν ἐδίπλας ἀγενοῦ, οὐ λακοῦ, οὐ χρυσὸν ἐπιγαστρίνον, οὐ ἀχρό τι τῶν τοιούτων χρηματῶν, ὃν ἀντοὶ μὴν ἐντεῖς ἐισιν, θυμές δὲ τολμήτης, λίστης δέξαντε μοι κατεφανεῖς, οὐ λόσιν, οὐ λαζέμποριαν τσοιού μηνοι, οὐ τοιλύτης ηπικώτερον ἀνταπωλούντες τῶν ὁμολογουμένων κακῶν λεῦσσιν

b. 2

QVAESTIVNCVLAE

Deinde quodd dicit, Alexin non curare munera Corydonis uilissime personæ, proculdubio alludere uult ad contemptum non tantum literarum, sed & poësos, que in tanto contemptu sunt apud plerosq; Principes, ut non tantum non respiciant literatos, sed & fame eos ferè perire patientur.

OCTAVVS est de stulticia amatorum, qui cum uideant uoluptatem escam esse malorum, tamen indulgent affectibus, nec sequuntur id, quod ratio rectum pronunciat. Hinc recte Medea inquit: Video meliora, proboq; Deteriora sequor. Elegans locus de uoluptate est apud Ciceronem in senectute, Quæ circa nihil esse tam detestabile, tamque pestiferum, quam uoluptatem. Siquidem ea cum maior esset, atque longinquior, omne animi lumen extingueret.

NON VS est de natura hominum, qui sive amicitia & consuetudine mutua amicorum uitam planè acerbam putant. Alij enim alijs rebus capiuntur, Iuxta illud: Quothomines,tot sensus. Plinius ait, Varia sunt hominum iudicia, uaria uoluntates.

DECIMVS est, quod nullus sit modus amoris. Cum enim ait, Quis enim modus adgitamori

IN ECLOG. VIRG.

mori, indicat facile esse præscribere amanti præcepta, Sed si bñpfi temperare difficultum esse. Hinc est quod Tibullus ait, Verus amor nullum uuit habere modum.

VNDECIMVS est, quod ait, Quin tu a liquid saltem potius, quorum indiget usus, subindicans nullo modo uacandum esse amori turpi, cum propter illum asequendum & dannam & dedecora plurima eueniunt. Theocritus autem in Cycloope dicit amoris nullum esse remedium præsentius, atq; studia bonarum artium. Versus, quia sunt elegantissimi, subijciam.

Οὐδέτεν ποτὶ τὸν ἐσωτερὸν φόρκει Φάρμακον

Nikia, οὐτ' εἰς χεισού(έμοι δοκεῖ) οὐδὲ τοι ποτε σον,

η ταῖς μετίστρεψαι κοῦφοι λέπει τοῦ καὶ μὲν γίνεται πάντας τοι ποτε σον,

Eobanus Hessus Graeca carmina

sic redditit,

Arte pharetrato factum graue uulnus amoris

Si medica curare uoles, seu puluere sicco

Nicia confbergis, seu puluere collinis uido,

Haud quaq; prodeste queas, nisi pharmaca Musæ

Quæ lafis adhibere solent apponere cures

QVAESTIVNCVLAE

Incunda illa quidem mortalibus esse uidentur
Vulneraque affectis attactu lenia molli,
Qua tamen inueniant multi ratione laborant &c.

D V O D E C I M V S est de uaria condicione doctorum hominum. Cum enim ait, Inuenies alium, si te hic fasilius Alexis, consolatur seipsum, quasi sibi sit facile conciliare alicuius Principis fauorem, etiam si contempnatur ab Aucto, sicut solet dici Germanice: Vuil der nicht, so vuil ihener.

EROTEMATA IN Tertiam Eclogam.

Quare Poeta inscripsit hanc
Eclogam Palæmonem?

Hec Ecloga ob eam causam uocatur Palæmon, quia primas tenet partes, & inter hos duos pastores huius certaminis iudex est.

Similis ne est hæc Ecloga superioribus duabus?

Nob.

IN ECLOG. VIRG.

Non Superiores enim sunt magis Oratoria, & constant perpetua quadam unius propositio-
nis explicatione, ut fit in integris Oratorū causis.
Hec autem tertia Ecloga non constat uno perpe-
tuo argumento.

Quid fuit Poetæ in consi-
lio, dum hanc scri-
beret?

Videtur hoc consilio scripta hæc Ecloga, tum
ut uertendo Græco carmine per ludum copiam
exerceret, tum ut Pollio, cuius laudes hic quo-
que leuiter attingit, gratiam captaret. Nam &
illius opera in captandis agris usus erat Virgilius.

Imitatus ne est Poeta Theo-
critum in hac Ec-
loga?

Maxime. Est enim imitatus quartum, quin-
tum & septimum, pleraque etiam alia Theocriti
Idyllia.

Cuius nam generis est
tertia Ecloga?

Tertia Ecloga non unius tantum generis est,

b 4

sicut nec uno perpetuo arguento constat. Prima fuit generis demonstratiui. Secunda uero generis deliberatiui. In bac, quia non unum tantum argumentum est, ideo non potest apte nisi tantum generi cauſarum subiici. Neque enim tota est generis iudicidalis, quanquam lites habeat, sed partim generis est iudicidalis, nempe, a principio, ubi contendunt inter se pastores. Huic loco subiicitur prouocatio ad certamen, quae se re cedit in genus deliberatiuum. Proinde mixta est Ecloga, sicut et multa Epistole Ciceronianae mixtae appellari possunt, que non tota suaforie, non tota expostulatorie, non tota gratulatorie sunt. Sed partim constant adhortationibus, partim narrationibus, partim gratulationibus, partim expostulationibus, id quod est cernerem in Cicerone.

Quot habet partes hec Ecloga?

Tres, Primapars est exordium, quod satis longum est, nec habet bencuolentiae captationem, sed iurgia, rixas, et crimina pastorum, que alter in alterum ingerit, complectitur. Secunda est prouocatio ad certamē canendi. Tertia pars est ipsum certamen pastorum, in quo Deorum laudes, amores,

amores, encomia clarorum virorum, insectatio emitorum et indoctorum texitur.

Qui sunt loci communes in hac Ecloga obſeruandis?

PRIMVS, Quod ait, seruum suffirari lacum herus indulget amoribus, significat poëta nihil temere committendum esse alijs, quod curare ipsi possumus. Nam Aeschylus in Tragœdia Persarum cat domini presentiam, oculum domus, cum ait, οὐμαὶ δέρματα, νομίκως δε τότε πέσσοισιν. Idem dicit Aristoteles libro δικονομιῶν, ὃς δέ εἴναι τὰ πάντα τῷ τῷ τῷ, ὃς δέ τότε ὀφθαλμός.

SECUNDVS, Quod ait, Parcius ista uiris, tam obicienda memento, indicat illius temeritate merito reprehendendam esse, qui cum ipse uicio non caret, paratus est tamē alijs sua uicia obijcere. Qui enim pergit, quae nult, dicere, ea quae nō uult audit. Germani dicunt, Eyn guter gruß, findet eyne gute antuort. Huc alludit Sophocles,

Οὐλῆς γῆς θλῶτας ἐκ χεῖς μάτις
Ακεῖν ακούειν οὐς ἔκδωτη πλάγιος.

Item Terentius in prologo Andrie, Desinat male dicere, malefacta ne noscant sua.

TERTIO, In uersu, Et si non aliqua nocuisse,

QVAESTIVNCVLAE.

mortuus essem, dicit de inuidis et virulētis hoībus,
qui planè contabescunt, cum uident alijs omnes res
feliciter succedere, iuxta illud Ouidij lib. 2. Meta.
Pallor in ore sedet, macies in corpore toto,
Nusquam recta acies, liuent rubigine dentes,
Pectora selle uirent, lingua est suffusa ueneno,
Risus abest, nisi quem uisi fecere dolores,
Nec fruitur somno uigilatibus excita curis,
Sed uidet ingratis, intabescitq; uidendo
Successus hominum, carpitq; et carpitur una
Suppliciumq; suum est.

Q V A R T O , cum ait, Non ego te uidi Damo-
nis pessime caprum etc. uult ut is careat uitij, qui
in alienis uitij notandis ualde est oculatus. Iuxta il-
lad Ciceronis in Salustium, Carere debet omni uitio,
qui in alterum dicere paratus est. Is demum maledi-
cit, qui non potest uerum ab altero audire. Item Ho-
ratius libro 1. Scrm. Saty. 3. Deniq; teipsum.
Concute, num qua tibi uitiorum inseuerit olim
Natura, aut etiam consuetudo mala, nanq;
Neglectis urenda filix innascitur agris.

Q V I N T O est proverbialis uersus, Tityre
coge pecus etc. qui cōpetit ijs, qui errant à scopo,
nec dicunt aliquid, quod ad rem facit.

S E X T O , uersus, Nō tu in triujs indocte sole-
bas etc. est de insulis scriptoribus, et significat, de-
ficiente

IN ECLOG. VIRG. 14

ficiente causa non sequi effectum. Imposibile enim
est, ut is benum carmen canat, qui non habeat fistu-
lam satis aptam ad hanc rem, nec unquam ab artifi-
ce aliquo artem canendi didicerit. Conuenire igit-
tur potest hic uersiculus in barbaros et inactos,
qui omnia intempestive faciunt.
Ludere qui nescit campesribus abstinet armis,
inquit Horat.

S E P T I M O , Quòd ait, Est mihi nāq; domi pa-
ter, est miuista nouerca, Ostēdit duo obseruanda eſ-
ſe præcipue. Primū, ut liberi nihil ſuſcipiant agen-
dum, quod nō natura præclarū et pulchrum eſt, ſed
tra uoluntatē parentum, ut hac in re obedientia de-
bitam et à Deo mandatam, ſumma cum obſeruatiā
præſent. Secundo, quòd omnibus nouercis fit natu-
ra innatum, fatale et irreconciliabile odium in pri-
uignos, iuxta illud Euripidis in Alceſtide,
Ἐχθρὰ τὸν πατέρα μηγά τέκνοις
τοῖς πρόσωποις ἐχίσυοις οὐδὲν πιεστέρα, hoc eſt,
Hostis nouerca est ante natus liberis,
Nihilq; mitior nocente uipera.

O C T A V O , Menalcas dices, De grege nō cuiſim
quicq; deponere tecum, ſubindicat mentiri et furar-
i adeo inter ſe eſſe cognata, ut rariſime a ſe diuel-
lantur. Nam ſupra dixit, gregem eſſe Aegonis.
Hinc recte Fabius lib. 5. Inſti: Orato. monet, Menda-

cē memorē esse oportere. Et Germani dicūt, Vuedo gerne leuget, der stilt auch gemeyniglich gerne,

N O N O. Quòd ait, Audiat hæc tātum uel qui
uenit, ecce Palæmon, proverbialis figura est, quotia
es scilicet nobis altercantibus interuenerit iudex
minime accessitus, ne cui suspicionem moueat.

D E C I M O. Alludit ad locum communem de
uiciſſitudine rerum omnium. Quòd enim inquit,
Alternis dicitis, amāt alterna Camænæ, subindicat
eam esse rerum naturam, eiusmodi sensus humanu
ſſitudium, ut nihil esse possit tam suauē, quod non
abeat in nauſcam, ſi paulo diuitiæ utare: Nihil tam
egregium, quod idem diu placere poſſit, luxta illud
Euripidis in Orestie, μεταβολὴ τῶν θεῶν.

V N D E C I M O. loquitur de prouidentia deo
rum, cum dicit, Ab Ioue principiū, Iouis omnia ple
na. Alludit autem ad locum communem, omnia no
stra negocia et confilia auſſicanda eſſe à dijs. Niſi
enim ipſi aſſipient et faucent ſtudijs, inſſeliciter o
mnia fuſcep̄imus. Deinde dotes omnes ingenij lo
nis confilio nobis contingere, iuxta illud:
Est Deus in nobis, agitante calcem illo,
Impetus hic ſacra ſemina mentis habet.

D V O D E C I M O. In uerſu, Parta mæ Vea
neri ſunt munera et c. testatur poëta, amore non
eſſe ſtabilem et firmum, niſi ſemper muneribus co
firmitur.

ſermetur. Luxta illud Ouidij, Plurimus auro uenit
honos, auro conciliatur amor. Et Hesiodus uocat
ἀριθμὸν τίτλῳ χρυσήν.

D E C I M O T E R T I O. Quòd ait, partem
aliquā uenti diuīm reſeratis ad aures, indicat tam
ſuauē colloquium habuiffc cum amica, ut dignum
ſit diuorum auribus: et poſſumus illo uerſu prouer
bi aliter uti, ubi loquimur de rebus egregijs, quas
etiam deorum auribus dignas iudicemus.

D E C I M O Q V A R T O. Admonet nos uer
ſus, Si dum tu ſectaris apros, ego retia feruo, quòd
amici procul ſciuenti non ſunt amici. Quia mutua
conuictudinis fructu carerent.

D E C I M O Q V I N T O. Quòd f recatur Da
metas, ut melia fluant illi, ferat et rubus asper amo
num, qui faueat eloquentiæ Pollioñis, innuit illum
non ſolum eſſe dignum immortalitate, ſed et omni
um rerum copia, qui literas complectitur, earumq;
ſtudioſos ſummo proſequitur amore.

D E C I M O S E X T O. Irridet induc̄tos et
meptos poëtas, cum ait, Qui Bauium non odit, an
met tua carmina. Meui, qui ut ſibi aliquam exiftima
tionem pararent, carpſerūt Virgilij et Horatij op
timorum poëtarum famam et eruditioñem, ad quā
ipſi aſſpirare nequiuerunt. Est autem aptiſſima com
paratio, quod poëta ſuos aduersarios uulpibus, de
ſtrinxerit.

QVAESTIVNCVLAE

inde hircis comprirat. Significat enim eos vulpium naturam habere, nempe, fraudulentos, mendaces, furaces, & calumniatores esse. Hircis autem ideo confert, quod quemadmodum id animal prorsus nullum lac præbet, ita quoq; nullum bonum carmen sui aduersarij possint conscribere.

D E C I M O S E P T I M O. proverbialis uer-
sus est de fucatis amicis, cum dicit, Frigidus, o pueri
fugite hinc latet anguis in herba, et significaturi ali
cui rei multū subesse periculi, aptissime eo utimur.

D E C I M O O C T A V O. Indicat in illo uera
su, idem amor exitium est pecori, pecorisq; magi-
stro, multum incommodi afferre amorem non solū
hominibus, sed & brutis animalibus. Homines ex-
amin cum indulgent amori, nulla cura pecoris tan-
guntur, & ita que ad rem domesticam pertinent,
negligunt, dum alienis rebus occupati sunt.

D E C I M O N O N O. Quid ait, Claudite
in riuos, pueri sat prata bibere, proverbiali figu-
ra uult monere, desistendum esse ab opere, cui latus
magna nauita est opera. Sumpta est autem meta-
phora ab illis, qui solent irrigare prata & claude-
re riuulos, per quos deducitur aqua.

EROTEMATA IN Quartam Eclogam,

Quare

IN ECLOG. VIRG.

Quare hæc Ecloga Pol-
lio inscribitur?

QVia Asinio Pollio oratori ualde eloquen-
ti natus erat filius, cui decantatur hic Ge-
nephilacu, hoc est, natalicium carmen.

Cuius nam generis est quar-
ta Ecloga?

Generis demonstratiui est hæc Ecloga. Cōtinet
enim Pollionis & eius filij laudes, qui est Eclogæ
status. Videntur autem hæc non tam ob Asinij Pol-
lionis & eius filij laudes, quam in gratiam Augu-
sti Cesaris scripta, per quem publica pace parta &
profligatis diuturnis bellis ciuilibus, aureum secu-
lum quasi restitutum putabatur. Sunt itaq; multi in
hac Ecloga loci, quibus per allegoriam Augustum
commendat.

Quot habet principales partes?

Tres. Prima pars est exordium, in quo rogat
Musas Sicilienses, ut ueniam sibi dent, q; leges Bu-
colici carminis hic transgrediantur, neq; intra eius
limites se se contineat. Huic exordio subiicitur ra-
tio, Quia uaria sunt hominū ingenia, nec omnes pa-
riter tenui orationis genere delectantur.

SECUNDA pars est narratio, que cōtinet ex-
positionem & amplificationem scelicitatis aurei.

QVAESTIVNCVLAE

seculi, quod iterum futurum poëta uaticinatur etate filij Pollionis. TERTIA pars est peroratio uel pilodus, in quo dicit poëta fataliter ordinatum esse, ut redeant aurea secula regnante Pollione, seu, ut alij malunt figurare, Augusto.

Quare in hac Ecloga repetit
quædam uaticinia Sibyllæ:

Ideo repetit poëta uaticinia de pulcherrimo statu Romane Monarchie prodita, ut significet omnia Imperia habere quedam uaticinia, quomodo crescere, florere, et iterum debilitari debeant.

Quos habet hæc Ecloga locos
communes dignos
memoriae

PRIMVS, Nō omnes arbusta iuvant, humilesq; myrice. Indicat enim poëta diuerso modo tractandos esse homines et alio orationis genere. Quia non omnes humili genere capimur. Alia igitur oratione compellandus est Princeps, quam subditus aut ciuis.

SECVNDUS, tam reddit et virgo, redeunt Saturni regna. Nam q; singit poëta Astræam, hoc est, iufliam, que genus humanum omni uitiorum et scelerum genere in postrema ferrea etate corruptum reliquerit et ad superos in celum migrarit, sub op-

timo

IN ECLOG. VIRG.

timo et iustissimo Augusti imperio è cœlis in terram reddituram, nihil aliud uult, nisi bono Princepe, qui uere Heroicis uirtutibus est prædictus, reipub. gubernacula tenente, omnia bella extingui, optimas artes florere, ingenios dignum honorè haberi, plurimum posse in repub. qui optimi sunt, uirtutes coli, uitiaq; profligari.

TERTIVS, Toto surget gens auræ mundo, Descriptione enim quatuor etatum poëte significant mores olim synceriores et incorruptiores fuisse, quam nunc sunt: Subinde augescunt et intenduntur uitia.

QUARTVS; Te duce, si qua manent sceles uestigianostri, &c. Monet sententia, proprium hoc esse officium boni principis, ut publicis malis mendetur, bonos defendat, malos puniat. Alioqui non uenit appellatione patris, sed potius serui ac ministri sedicionum.

QVINTVS, Ille deum uitam accipiet, diuisq; uidebit, &c. Testatur poëta Heroas, qui bene meriti sunt de genere humano, ab hominibus in numeru deorum relatos esse, ut significet Magistratum esse ordinationem diuinam. Deinde ingentibus etiam præmijs et honoribus cumulari, si fideliter fungantur suo officio, qui præesse debent.

SEXTVS, Paucia tamen suberunt prisæ uesti

c.

QV AESTIV NCVLAE

gia fraudis. Hic uersus pulchre indicat, quod etiam bonus princeps aut magistratus conetur pro uirili tollere omnia mala, quae ab hominibus malis Reip. impendent, tamen non posset in tanta facuitate Dia- boli, tantaque; hominum malicia.

SEPTIMVS, Concorde stabili fatorum nus- mine parca Dixerunt, &c. Nam poete figmento de tribus parcis nihil diuiduolunt, quam quod inca uitabilis fors & euenius sit eorum, quae satis desita nantur & distribuuntur cuique.

OCTAVVS, Incipe parue puer, risu cognos- cere matrem. Indicat autem poeta firme ualestudi- mis indicium esse risum. Deinde nulla alia ratione matribus adimi molestias, quas cum gravidae essent, habuerunt, quam si infantes illis arrideant, & ita spem longioris uite ridendo de se præbeant.

EROTEMATA IN quintam Eclogam.

Quare hæc Ecloga inscri-
bitur Daphnidem

AImitationem Greacam. Sicut enim Theo- critus in primo Idyllio fingit Daphnidem formosissimum pastorem amore miserè cru- ciatum tandem perisse, ob idque secutum esse sum- mum macrorum. Ita Virgilius in hac Ecloga deplorat Daphnidem

IN ECLOG. VIRG.

28

Daphnidem misere confossum.

Quemnam poeta uult intelligi sub
persona Daphnidis?

Alij quidem sub Daphnide accipiendum putat Quoniam Cremonensem Virgilij & Horatij familiariſſimum, ut ostendere uidetur Horat. i. odarū, citius mortem immoderatius iusto screbat poeta. Alij uero fratrem Flaccum intelligunt, cuius immaturam mortem deploret. Sunt denique qui C. Iuliu Cæsarens à Bruto & Cassio cæsum potius intelligunt, quam quemuis alium.

Ad quod genus igitur causarum
commode refertur?

Pertinet partim ad genus demonstrativum, par- tim deliberativum. Quatenus enim laudat Cæsarē miserabiliter à coniuratis interfictum, est generis demonstratiui. Cum uero precatur C. Iuliu Cæsarē à populo Romano in numerum deorum relatum, ut sit suis ciuib. propitius, est generis deliberatiui.

Quot sunt partes huius Ec-
logæ præcipuae?

Tres. Prima pars est exordium Eclogæ plane Dialogicum propter colloquiū pastorum, qui aman- ter & familiariter se complectuntur. Secunda pars est Mopſi Epiccidium sive Epitaphium in Cæsaris

28

mortem. Tertia est à mōdōis, quæ gratulatur pōta Daphnidi diuinitatem.

Quibus argumentis tracta
tur exordium?

Quia alter alterum ad canendum inuitat, alter
uero se modeſte excusat, ne offendat Menalcam, ea
gregij Enthymematis uititur Poëta.

Primum à personarum facultate.

Ambo sumus periti Musici, Ergo canamus alia
qd, unde iudicū fieri pōt, uter p̄f̄st arte canēdi.

Secundum ab opportunitate.

Conuenimus in tempore, Ergo proferēdūm est
aliquid nostris studijs dignum, ut temporis rationē
habuisse uideamur.

Tertium ab amoenitate loci.

Nunc est amoēnissimum tēpus, cum arbores pro
ferant fructus, erumpant semina, & aues in aēre cō
cimant, Ergo fruamur ista amoēnitate loci.

Quartum ab ætate.

Tu anteis ætate, Ergo æquum est, ut tibi potius
honorem incipiendi Epicedion tribuam.

Quo ordine constat

Epicedion?

Prior periodus Epicedij continet propositio
nem, sūisse publicum luctum et macorem extincto

Daphnide.

Daphnide. Amplificata aut̄ est distributione, Nym
pha, pecudes, feræ & agri suo luctu significauerūt
mortem Cesaris sibi peracerbam esse. Secunda pe
riodus habet laudem personæ Cesaris, quæ sumitur
à rebus gestis. Multa inq̄etia beneficia extat in uni
uersam remp. Ergo summa ingratitudo et impietas
esset, memoriam uirtutum & meritorum eius non
conseruare. Tertia complectitur argumentum à
consequentibus seu utili, Quæ tempestates, quæ uic
commutationes rerū secutæ fuerint amissio tali prim
cipi, tot predito uirtutibus, tanto pacis studio, tan
ta bonitate erga suos; ut non minus uere Pater,
quam Princeps dici pos̄it.

Quibus argumentis conatur Mo
plus persuadere Menalce,
ut canat Apotheosis:

PRIMVM est ab honesto, Honestum est diui
nis laudib. efferre principē optime de repub. meri
tū. SECVNDVM est à facili, Quia habes Q̄oniac
& getac, facile erit tibi componere carmē, in quo
pr̄dictes Cesarem. TERTIVM, à iudicio doctrū,
à quibus eius carmina iamdudum sint collaudata.

Quæ est dispositio alterius cātilenæ,
quæ uocatur à mōdōis?

PRIMVM, ueluti per distributionē indicat

Q V A E S T I V N C V L A E

totum mundum exultare gaudio, quod Daphnis sit
in cœlum sublatus. Secundo precatur, ut sit suis ciui-
bus propitius, quoniam commercio deorum iam frua-
tur. Tertio propter beneficia in se collata pollicet-
tur non modo eas res, quæ ad diuinum cultum per-
tinent, uerum etiam perpetuum gratitudinem.

Qui sunt loci cōmunes notan-
di in hac Ecloga?

P R I M O, quod ait, Tu calamos inflare leues,
ego dicere uersis, admonet poeta, ut hanc quisq; ar-
tem exerceat, quam didicit. Præterquam eum, q.
stutissimum est profiteri artem, cuius plane nulla
habeas cognitionem, absurdissimum est sibi id tribue-
re, quod non est, et in aliena conditione irrūpere.

S E C U N D O, In uersu, Boni quoniam conue-
nimus ambo, alludit non tantum ad commune pro-
uerbium, ὡς δέ οἱ ὄμοιοι ἀγεθός ὡς τὸν ὄμοιον,
Sed etiam docet amicitiam, studiorumq; coniunctio-
nem interdum plurimum habere ponderis ad præ-
standū id, quod amici pro suo iure à nobis postulat.

T E R T I O, uersus, Tu maior, tibi me est æquū
parere Menalca, proponit elegans preceptum iu-
uentuti, quæ ultro uiris aetate provectione summa
cum reverentia debeat concedere, iuxta illud iuu-
nal. Satyr. 13. Credebant hoc grande nefas et mora-
te piandum, Si iuuenis uctulo nō assurrexerit, etc.

Quarto,

I N E C L O G . V I R G . 30

Q V A R T O ingens, Mōtibus in nostris solus ti-
bi certet Amyntas, indicat nos plurimū accendi, si
habeamus studiorū sociū. Sicut n. in alijs rebus pro-
dest habere aliquem interdū, cū quo de arte certes,
ita in discēdo præcipuas habet partes οὐλήτης,
iuxta illud Homeri, σύντε δύ' ἐρχομένου. Item
Hesiod. Κεραμεὺς κεραμεῖ κοτεῖ, &c.

Q V I N T O, per uerbum, Quid si idem certet
Phœbum superare canēdo, proculdubio indicat su-
perbos et iactatores sibi plus iusto semper tribue-
re. Exemplo sint his nostris temporibus Eccius, Co-
cleus, Vuicelius et alij eiusdem farime, qui tantam
doctrinam religionis sibi arrogant, ut aū sint etiam
cum Deo ipso conferre de dignitate operum, post-
habita iustitia, qua nos Deus reputat iustos, ne dum
cum præceptoribus nostris uiris memoria posteri-
tatis dignissimis, quibus nunquam pares erunt.

S E X T O, Epicedion, quo nyn: phæ fleuerunt
Daphnis crudeli funere extinctū, monet obiter, ut
subditi suorum principum interitum lugeant pro-
pter gratam memoriam virtutis et bonitatis eius,
et propter reipub. pericula, que bono díquo prin-
cipe extincto plurima impēdere solent, iuxta illud,
Nouus rex, noua lex.

S E P T I M O, Nulla neq; amī libauit quadru-
pes, nec graminis attigit herbam, ἀλλὰ περιώσε

Significat nullam rationem neq; legum neque iuria dicatorum haberi, sed omnia confundi et turbari in imperio, ubi extinctus est Princeps optimus et succedit Tyrannus.

O C T A V O , cum inquit, Daphnis et Armenias currus subiungere Tigres instituit, alludit ad pulchrum figmentum poeticum. Fingunt. n. Lynxes et Tigres Bacchi currū trahere, uel q; hoīm mentes, que tā uarie sunt, q; horū animaliū pelleas uai ijs coloribus sunt sparsae, per uinū patefiant, uel q; ebrij homines parum dīsist ab illarum bestiarū heritate.

N O N . Similitudo, ut gregibus tauri, segetes ut pinguis aruis, tu decus omne tuis, eleganter sub indicat, qua gloria bonus princeps suam ditionē ornat. Et econtra quā notam ignominiae malus et impius princeps suo populo inurat. Exempla nostro tempore notiora sunt in Mezentio, suiq; similibus, q; ut longa enumeratione opus sit. Huc alludit Virg. 2. Aenid. Latos oculis afflariat honores, Itē Demoīt. in secunda Olynth. ubi describit corruptissimam uitam Philippi Macedonis.

D E C I M O , Pro molli uicla, pro purpureo nardo Carduus et spinis surgit palurus acutis. Hic per allegoriam ostendit tempore ciuilium bellorum agros nec coli, nec iuuentutem, quæ opus habet institutione, informari posse. Quia ut testatur

testatur Hesiodus, pax est καροφόφος, no bellū.

V N D E C I M O , Et tumulum facite et tumulo superaddite carmen et c. Hic uersus admonet omnium gentium iudicio religionem sepulchorū sacrosanctam fuisse. Vel quia admonet nos communis conditionis ac mortalitatis, cuius recordatione afficimur, cum honorem mortuis tribuimus, uel publice testamur restare sensum aliquem in his, qui decesserunt, et nos bene sentire de resurrectione mortuorum. Sic laudatur Ioseph, quod Jacob patrem suum sepelijt. Sic laudantur illi, qui sepelient Stephanū. Præterea sciendum est sepulturam Christianorum non esse locum, ubi sepeliantur canes, aut feles. Nam Hebrei uocant Bethaim, hoc est domū uiuorū, q; ibi sepulti iaceant non qui mortui sunt, sed qui uiuunt. Graeci uero κοιμάτ' ἡλόν, hoc est, dormitorium, eyn schlaffhaus uocant, quod ibi dormiunt pij et quiescent ab illis calamitatibus terrenis, ut postea ad uitam eternam sint aptiores. Germani deniq; uocant agrum Domini, eyn Gottes acker, Quia ibi iaceat sparsum Dei semen. Si cut autem semen non in terra manet, sed erumpit, efflorescit, et fert fructum, Ita etiam statuendum est, quod Christiani, etiam si sepulti sint, tamen in terra non relinquuntur, sed resurgent clarificati.

D V O D E C I M O , uersus, Formosi pecoris cu

QVAE STIVNCVLAE

stos, formosior ipsis, significat allegorice, principes debere officio pastorum in administratione Reipub. fungi, hoc est, ciuium potius quam suam uitilitatem spectare.

XIII. Daphnis ad astra feremus, amauit nos quoq; Daphnis. Docet, ut memoriam uirtutis ac beneficiorum optimi principis conseruemus & in ea re pietatem & gratitudinem, quam Deus in pris mis precipit reddere principibus bene de nobis meritis, praestemus.

XIV. Amat bonus ocia Daphnis. Ostendit bono principi in nulla re perinde elaborandum esse, quam ut ciues in summa tranquillitate uiuant, Quia desperata, nihil tam fugiat, quam arma ciuilia. Maxilus autem princeps propter leuiissimas res saepe mouet bella, partim ut expleat animi sui libidinem, partim etiam suos ciues infinitis malis accumulet.

XV. Damnabis tu quoq; uotis, si bonus ô fœlix; tuis &c. Describit quod sit boni principis officium, nempe de ciuibus benemereri, ut ipsi uicissim debitam obedientiam presentent.

EROTEMATA IN SEXTAM Eclogam.

Cur Poëta huic Eclogę titulum Sileni indidit?

Quia

IN ECLOG. VIRG.

22

Qvia putant quidam in h. sc Ecloga à Virgilio describi sectam Epicureorum, quam ipse & Varus à Syrone quodam, quem hic Silenus fingit, didicerit.

Vnde nomen habet
Silenus?

Interpres Nicandri Ἀπόλλωνα περι δεινού existimat, quod est maledictis proscindere & dicaciter illudere, id quod proprium est ebrioſorum. Per metaphoram autem hodie omnes temulentos et uoluptati deditos, licet appellare Silenos, Trunkenboltze, schlemmer, brasser, schuelger.

In cuius gratiā cōscripta est hēc
Ecloga à Poëta?

Videtur in gratiam Quintiliū Vari esse conscripta, nempe eius, qui temporibus Auguſti in Germania bella gerens ab Arminio Germanorum duce magnam cladem accepit, cumq; tribus legionibus occisus est. Fuit enim & alius Varus, cui ab Auguſto Cæſare cura emendandorum carminum Aeneidos demandata est, ad quem non puto scribi hanc Eclogā.

Cuius generis est Sexta
Ecloga?

Generis est demonstratiui. Hæc enim Ecloga continet laudes Vari, & Epicuree uite seu sc̄t̄.

Quid est sentiendum de doctrina Epicuri, qui dixit mundum & universam naturam extitisse causu ex atomis?

R. Quod Epicurus sentit corpora temere ex atomis nasci, item infinitos esse mundos sic confititos, quorum semper aliqui intercant, aliqui nascentur, absurdissimum est deliramentum.

Quomodo probatur hoc?

Singulæ res in natura ad certos usus & fines secuntur, Ergo non est consentaneum casu id fieri. Casus enim non habet certos & determinatos fines.

Quothabet partes hæc Ecloga?

Tres. Prima pars huius Eclogæ est exordium ab occupatione, in quo ostendit se ideo amicorum Cæsaris, qui de ipso bene erant meriti, egrégia fuit non celebrare suis carminibus, q[uod] iussus sit ab ipso Augusto Bucolicascribere. Præterea utitur egrégia excusatione rerum & temporū per translationem, in qua fatetur se quidem de Thocriti, quem in omnibus imitandum suscepit, simplicitate recessisse, sed tamen excusari aliquomodo posse, quoniam Thocritica illa simplicitas ubiq[ue] prestat non potuerit. Tandem per reiectionem proponit se tamen in hoc Bucolico carmine laudes ipsius

et Vari predicatorum esse. SECUNDUM pars est narratio pulcherrime exornata hypotyposi Sileni, in qua fingit primum Silenum ebrium, cui adiungit duos Satyros in Venerem proclives. Adiicit et Nympham, cui ipse minatur stuprum. TERTIA pars est ipsa cantilena, de rerum primordijs & mundi ortu. Hæc autem sumpta sunt ex doctrina Epicureorum.

Qui sunt loci principaliter in hac Ecloga obseruandi?

PRIMO, Quod ait Poëta, se ab Apolline admonitione fuisse, ut diceret deductum carmen, uult nos monere nostrarum uirium, ut scilicet uarijs & leuib[us] argumentis tanquam melioribus & grauioribus scriptis nostris præludamus, et ingenium ad multo grauiores res tractadas præparemus & excitemus.

SECUNDUM, uersus, Et grauis attrita pena debat cantharus ansa, est ueluti emblema omnium potentium, quorum dominus est Silenus. Nam insignia ipsorum sunt cantharus ceruisia, aut uitru uini.

TERTIO, Quod ut Bacchi comitem Silenus semper fingit Poëte, ita quoque Sileno adesse Nymphas, significant ebrietatem & crapulam semper comitari libidinem, iuxta illud Comici dictum, Sine Cerere & Baccho friget Venus.

QUARTO, cum dicit querius rigidas, postea quam audiuerunt Silenus cantantem, significacionem quandam leticie exhibuisse, commendat Musicam, cuius tanta est uis, ut non moueat solum ager sua & irrationabilia, sed etiam immobilia.

QVINTO, Quod fingit ex lapidibus Pyrrha iactis renatum genus humanum, alludit ad duriciem atq; feritatem. Nam soboles eorum, à quibus dignitur, naturam imitatur, iuxta illud Horatij, Fortes creatur fortibus & bonis. Item Virg. Inde homines nati durum genus &c.

SEXTO, Quod fingunt Poëtie Prometheus propter ignem, quem à Dijs furatus sit è coelo, in monte Caucaso à Mercurio alligatum, ut ibi aquila eius iecur renascens perpetuo exederet, Significant Prometheus rerum Mathematicarum appria me studiosum fuisse, & quia in Caucaso monte Scythiae syderum motum, ortum & occasum obseruabat, funguit eius iecur ab aquila, hoc est, studio & cura harum rerū cognoscendarū exedi & cōfici.

SEPTIMO, Quod Prometheus fratri suo Epimetheo dissenserit, recipere Pandoram à Ioue missam, indicatur, quomodo ratio humana sēpemoneat recta & utilia, & tamen appetitus seu affectus nō obtēperent rectis consilijs: Qui tuoluptas recta & honesta consilia pessundat atq; opprimit.

OCTA-

OCFTA VO, fabula de Hyla alludit ad Herculem sacra, in quibus, qui ea celebrabant, discurrendo in Herculis gratiam subinde clamabat, Hyla Hyla. Vide Theocri. Idyll. 13. & Valerium Flaccū lib. 3. Item in Argonauticis Orphei.

NONO, fabula de Pasiphæ Minois Crete insula regis uxore, quæ Taurum bellorum Minois ducem adamauit, & ex mixto & adulterino concubitu puerum suscepit, execratur aut adulterium, aut indicat ulgi furorem, aut pertinet ad locum communem, quod amor adigit ad insaniam, iuxta illud, Amor est amaror & error. Vide Plutarch. in uita Thesei, & Palephatum in libello de non credendis historijs, & Ouid. 6. Meta.

DECIMO, Quod Praetides Argiortum regis tres filie excellenti forma prædicta iunonem pre se contempserint, ob eamq; impietatem in insaniam prolapsæ sunt, ut se uaccas crederent, uoluerunt Poëtie ostendere, quam horribiliter soleat semper à Deo puniri impietas.

VNDECIMO, Quod Hippomenes malis aureis à Venere acceptis cursu uicit Atlantam puellam, uidetur penè innuere, quod auro plerūq; omnia expugnentur, iuxta illud,

Auro pulsa fides, auro uenalia iura,

QUAESTIVNCVLAE

Aurum lex sequitur, mox sine lege pudor.
Ouidius X. Meta. & Hesiodus in Theogonia.

DODECIMO, fabula Phæthonis uides
eurnos deterrire à negocio maiore, quād ut uires
nostræ sufficiant. Ouid. 2. Meta.

XIII. Encomium Cornelij Galli, qui in monte
Helicone hauserit spiritum quendam, ex quo factus
sit Poëta, indicat neminem in illo studij genere alia
quid dignum laude & admiratione efficere posse
sine inclinationibus naturalibus, iuxta illud, Impre
tus hic sacre semini mentis habet.

XIV. fabulae de duabus Scyllis ostendunt
exemplum impietatis à Deo punita.

XV. De Philomela & Tereo fabula nihil aliud
nobis ob oculos ponere uidetur, q̄ Deum grauiſſime
me punire fidem matrimonij uiolatam.

EROTEMATA IN SE
ptimam Eclogam.

Quos intelligit Poëta sub perso
na Daphnidis, Thysidis,
& Corydonis?

Quidam

QVidam putant per Daphnidis intelligi Auro
gustum Cæsarē, per Thysidem Virgilium.
Per Corydonem uero, qui à Thyside ca
nente uincitur, Virgilij amulos & aduersarios.

Cuius generis est hæc Ecloga?

Hæc Ecloga eiusdem generis caesarum & ar
gumenti est, cuius fuit superior tertia Ecloga. Con
tinet enim quoq; contentiosum & apologeticum
duorum pastorum carmen de laude ingenij.

Quæ Idyllia Theocriti Poëta
hic imitatur?

Idyllion. VI. VII. VIII. IX. Id quod facile
certet, quem non pigrat conferre locos.

Quot habet partes?

Tres. Prima pars est occasio certaminis, quam
orditur à prosopographia duorum Arcadum, quos
laudat primum ab etate adulta, secundo à natione,
tertio ab usu artis, idq; facit eo cōfilio, ut attentius
futurum certamen audiretur. SECUNDUM pars
est ipsum certamen, quod constat sex argumentis.

I. Inuocatio est Musarum, qua uititur, quia cu
pit ad poëticen aspirare. Triplici autem nomine in
uocat eās, primum ab honesto, Quidam à Muse, uos
summo amore complector, honestum est me uestri
studioſum fieri compotem. Secundum à facili, uobis

d

QVAESTIVNCVLAE

erit facile mihi aspirare in carmine, siquidem hoc est uerbum officium. Tertium ab exemplo Codri Cūm Codro in uerbis faciendis concesseritis felicitatem, eāquum est mihi uos quoq; non deesse I. Dona addūtur, quibus in uicem certant. III. ciatuntur amores. IIII. De tempestatibus solliciti sunt. V. Conferunt suos amores. VI. Conferunt arbores. T E R T I A pars est conclusio, in qua Cydonii deservit palma uictorie,

Qui sunt loci communes in hac Ecloga?

P R I M O , quod ait, Et si quid cessare potes, impedit modestiam adhibendam esse in rogando, Iuxta illud Homeri, Χεὶς Σένον παρέστηται Θαλήν, Εὐλόγη δὲ πέμπεται.

S E C U N D O , uerbus, Posthabui tamen illorum mea seria ludo, torqueri potest proverbialiter in eos, qui serijs sepe rebus posthabitib[us] nugas agunt. Exemplo sunt quidam patres familias, qui in rebus parui momenti sunt solliciti, Ea uero que rei familiari maxime obfutura uidentur, ne semel quidem respiciunt. Item exemplo poterunt etiam esse magi stratus, qui interdum leuis errata ciuiti grauiusse puniunt, farta autem adulteria, aut homicidia uix

olfa-

IN E C L O G . V I R G . 26

olfaciunt, nedium puniunt. Et sic ad omnes status uite commode referri potest.

T E R T I O , Alternos Musae meminisse uolebant, respicunt ad uicissitudinem, quae in omnibus rebus gratissima est. Vide supra in 2^a Eclog. Amant alterna camoenæ.

Q V A R T O , Nymphae, noster amor, concedite carmen, alludit per istam inuocationem ad poetum spiritum, qui caelestis est, id quod satis apparet ex Platone in Ionc, qui de poetico furore dialogue est, & ex oratione Ciceronis, pro Archia poeta.

Q V I N T O , Aut si non possumus omnes, Hic arguta causa pendebit fistula pinu, Subindicat certa quadam ingenij felicitate ad facultatem scribendi carmina opus esse. Et si enim quidam studium & diligentia adhident, tamen non poete excellentes eundunt, nisi ad hoc sint à natura facti & appositi. Deinde uidetur hic uerbus innuere etiam, ut nihil susci piamus repugnante natura, Iuxta illud, Tu nihil initia dices, faciesue Minerua.

S E X T O , Inuidia rumpantur ut ilia Codro, proverbialiter dici potest de ineptis et inuidis, qui felicitate aliorum marcescunt.

S E P T I M O , Si foetura gregem suppleuerit, ureus esto, alludit ad locum communem, amicorum muneris animo, non dignitate ponderanda esse.

d. 2

OCTAVO, Hic Borcæ tantum curamus fri-
gora, quantum Aut numerum lupus, aut torrentia
flumina ripas. Proverbialiter dicitur de illis, qui
superberem aliquam contemnunt, ut improbi na-
bil curant leges & religionem. Potest etiam dici
de fure, cui nihil neq; clausum, neq; obsignatum
est. Tertio dicitur de malis, qui perrumpunt leges,
sicut flumina intumescentia extra ripas erumpunt.
Item de indoctis & cupidis, qui tantum curant
ordinem & leges, quantum lupus numerum ouii.

EROTEMATA IN O.
Etiam Eclogam.

Quare hæc Ecloga inscribitur
Pharmaceutria?

Hec Ecloga dicta est Pharmaceutria à se-
cundo Theocriti Idyllio, cui idem nomen
est, quod hic imitatus est Virgilius. Incan-
trix autem habet primas partes in hac Ecloga.

Vnde nomen habet Phar-
maceutria?

Phœnix

Φαρμακεύσια dicitur mulier incantatrix, à
Φαρμακεώ, hoc est, incanto, & ueneno inficio.
Et Φαρμακεῖς, hoc est, incantatores: ex quis sic
conuinciuntur, Φαρμακοθεῖται sunt ipsis
Grecis.

Cuius generis est octa-
ua Ecloga?

Generis est demonstratiui. Est enim querela
perpetua amantium suam uicem deplorantium.

Quot habet partes?

Tres. Prima pars huius Eclogæ est exordium,
in quo conciliat sibi Augusti fauorem. Hanc enim
Eclogam in eius gratiam scripsisse uidetur. Secun-
da pars est querela pastoris contempti à puerilla
alteri collocata, à qua tamen se amari sperauerat.
Tertia pars est narratio recitans, quomodo mu-
lier ueneficijs quibusdam ex incantamentis ania-
mum uiri peruertere & in suum amorem allicere
conatur.

Quæ Theocriti Idyllia imita-
tur in querela?

Comastem seu Amaryllida. Deinde Cyclo-
pem, ubi conqueritur similiter Cyclops se sperni
& Galathea.

Quare in tertia parte Eclogae
imitatur Pharmaceutri-
am Theocriti:

Duplici de causa hoc fecit poëta. Primum, ut
stylum exerceret: deinde, ut derideret magicas ar-
tes, quas hic significat imanes esse.

Quis sunt loci in hac Ecloga di-
gni obseruatione?

P R I M O, Quòd ait, quomodo Damon & Al-
pheiboeus cantilene suavitate coegerunt etiam ea
animalia obliuisci pascuorum, que aliqui sunt pa-
scendi audiissima, commendat iterum studium Musi-
ces, de qua supra in secunda Ecloga dictum est.

S E C U N D O, Hanc sine tempora circum in-
ter uirtrices hederam tibi serpere lauros. Allego-
rice significat Principum esse officium, ut gloriam
Musarum connumerari inter triumphos patian-
tur. Nisi enim celebrarentur res gestae magnorum
ducum literis poëtarum, facile inobscuraret eas
oblinia.

T E R T I O, Dum queror, extrema moriens
tamen alloquor hora, &c. egregie depingit affectum
amantium, quos etiam amoris potentia in tædi-
um uitæ rapit, si uiderint se excludi & contemni.

Q V A R T O, Mopso Niſa datur, quid non
speres

speremus amantes. Hic uersus multa complecti-
tur. Primum enim egregie describit puellarum
stultam atq; ineptam in deligendo procacitatem
atq; insolentiam, si quando euenit, ut plures eas
dem ambiant, illum qui est incommodior, admiren-
tur & amplectantur. Deinde proverbialiter dea-
signat, non satis esse aptum matrimonium, ubi sit
dis similitudo, luxta illud, Aequalem tibi uxorem
ducito.

Q V I N T O, Mopse nouas incide faces,
tibi ducitur uxor, alludit ad ueterem consuetudi-
nem, que in nuptijs obseruabatur. Et submonet
honestum esse, ut ordo quidam sit in ceremonijs
nuptialibus, quod attinet ad templum, mensam, cho-
reas, & repotia.

S E X T O, O digna coniuncta uiro, dum
despicis omnes. Alludit ad commune proverbie-
um, Similes habent labra lactucas. Accidit enim
sæpe, ut puella, spretis multis honestis adolescen-
tibus, postea nubat sordido cuidam Mopso. Itaq;
indicit Deum grauiſſime punire superbiam & con-
temptum iuramentorum.

S E P T I M O, Ut uidi, ut perij, ut me
malus abstulit error, Attingit locum commu-
nem, quod amor sit error, luxta illud Musei.

Ἄλλα τε οὐκύπτικον ἐλέξαρ καὶ γένεν ἐρώτην.

O C T A V O, Nunc scio, quid sit amor. Describit quām uchemens affectus sit amor, & quantos cruciatuſ adſerat animo. Et hoc obſeruandum eſt, quōd hic locus in hac Ecloga praecepit de uchementia & ſauicia amoris.

NONO, Quōd amorem fingit Thracium aut Garamantium, indicat barbariem, immunitatem, feritatemque amoris. Nam talis eſt affectus, ut qui omnia uiincat, id quod repetit Poëta in X. Ecloga.

D E C I M O, ſæuus amor docuit natorum sanguine matrem Commaculare manus &c. Indicat, quomodo ſepe amor fit cauſa maximorum facinorum committendorum. Exemplum habes in Scylla Niſi regis Megarenſium filia.

V N D E C I M O, Omnia uel medium fi- ant mare, eſt imprecatio furentis, ut tota rerum natura immutetur. Sic enim amantes ſolent amore & ſtuare, ut p̄ dolore & deſperatione mortemſibi uelint conſcificere. Quemadmodum Xerxes apud Herodotum ait, Multa accidere homini, ubi malit non eſſe, quām eſſe.

D V O D E C I M O, uerſus ille, Non omnia poſſim

poſſimus omnes, indicat fieri non poſſe, ut omnis felicitas uni contingat, luxta illud Liuij, Non omnia eidem dij dederunt, uincere ſcis Hannibal, uictoria uti neſcis. Item Theognis,

πούροις αἱθεώπων ἀρετὴν καὶ κάραν ὅπητον,
οὐλεῖος δὲ τὸν ἀμφοτέρων ἔλαχεν.

D E C I M O T E R T I O, Quōd dicit ſocios Ulyſſis carminibus à Circe immutatos eſſe in bellis, ursos, apros, canes, indicat quām prorsus omnem humanitatem exuant illi, qui libidine & luxurie diſfluunt.

E R O T E M A T A I N nonam Eclogam.

In cuius gratiam hæc Ecloga conſcripta eſt:

Tota hec Ecloga in honorem Auguſti & amicorum pro Virgilio intercedentium conſcripta eſt, ſicuti reliquæ ſerè omnes.

Qua occaſione conſcripta dicitur:

Quod Centurio quidam conatus fuerat expellere Virgilium ex praedio, quod Auguſtus Virgilio reſtuerat.

Cuius generis eſt hæc Ecloga?

Oratio eſt generis demonstratiui. Eſt enim que-

QVAESTIVNCVLÆ

rele, quod rursum sit cinctus agris. Inseruit etiā latrū
des quasdam Menalce, ob ingenium & fælicitatem
scribendi carmina.

Quot habet partes?

DUAS. Prior pars continet querelā, in qua Moeris deplorat uicem ueterum colonorum, qui agris & possessionibus suis à ueteranis, quibus illi assignati erant, expellebantur. Altera pars continet carmina illa, quæ alteri pastori recitat Moeris: & hic multa sunt inserta de laudibus Virgilij.

Quæ Theocriti Idyllia imitatur poëtas?

Partim imitatur Thalyria & Cyclopem, partim Comastem & Thyonicum.

Qui sunt loci communes insig-
nes in hac Ecloga?

PRIMO, quod ait, Quod nunquam ueritis-
mus, indicat homines sic natura comparatos esse,
ut omnes in rebus secundis nunquam aduersa pro-
spiciant. Quamobrem s̄epe in premeditati oppri-
muntur in calamitatibus, quæ quidem quanto ma-
gis improviso sunt, tanto magis offendunt. Iuxta il-
lud Ciceronis in i. Tusc. Perturbationes grauiores
etiam sunt, cum calamitates in premeditantes nos
subito inuidunt.

Secundo,

IN ECLOG. VIRG. 30

S E C U N D O, Hec mea sunt, ueteres migrate
coloni, Elegans Sarcaſmus est, designans quād cala-
mitosa res sit bellum cuiuslibet, in quo ciues plerunque
ex paternis bonis expelluntur.

TERTIO, Nunc uicti tristis, quoniam fors
omnia uersat. Hic uersus dicit de inconstantia huma-
narum rerum, & indicat, quod Rep. habeant fata
les uiciſſitudines & peinas. Testatur etiam poëta,
quomodo fortuna in omnire dominetur, luxta il-
lud Demosth. 2. Olynth. μεγάλη δύσκοπη, μᾶλ
λον ἡ ὁλον ἡ τούχη περὶ πάντας τὰ τῶν
αἰερώτων πέριματα.

QVARTO, Sed carmina nostra ualent Ly-
cidatela inter martia, quantum Chaonias dicunt a-
quila ueniente columbas. Indicat, quod bella cuius-
lia maxime noceant literis, disciplinae, legibus, &
similibus pacis artibus, & efficiat barbariem ac ua-
titatem, iuxta illud, Silent inter arma leges, & o-
mnia humanitatis studia.

QVARTO, Quod inquit, Heu tua nobis Penè
simul tecum solatia rapta Menalca, Alludit ad offi-
cium poëtarum, quod non debeant in suis poemata
tanti honestissima uitæ præcepta & optima ex-
empla proponere, uerum etiam illa asperitatē præ-
ceptorum fabulis incundis tanque acerbum pharmâ-

cum melle conditum & dulcoratum degustandam
et amplectendam proponere, iuxta illud Horatij.
Aut prodeesse uolunt, aut delectare poëtae,
Aut simul & iucunda & idonea dicere uitæ.

S E X T O, Cantantes sublime ferent ad sydes
ra cygni. Ostendit poëtas insigni eruditione prædi-
tos, quorum cantio cum cygnea conferri solet, im-
mortalitati mandareret clarorum uirorum. Qua-
re autem poëtae commode cum cygnis conferantur,
uide carmen duabus Tragoedijs Euripidis Hecuba
& Iphigenie ab Erasmo præfixum.

S E P T I M O, Digna, sed argutos interstrepare
anfer olores. Docet proverbialiter, quomodo indo-
eti sepe poëtae inter doctos garriant, iuxta illud,
Graculus inter Musas.

O C T A V O, Hic uer purpureum, Huc ades,
insani feriant sine littora fluctus. Poëta figurata
indicat quietam uitam in studijs literarum antepo-
nendam esse aulicæ uitæ & turbulentis negotijs
publicis.

N O N O, Insere Daphni pyros, carpent tua
poma nepotes. Significat iam uictore Augusto rem
pub. iterū pacatam fore, et pacis artes restorescere.

D E C I M O, Omnia fert ætas, animum quoq;
&c. Alludit ad locum communem de ingrauescen-
te ætate, que languefacit omnes uires, iuxta illud

Horatij

Horatij in arte poëtica: Multa ferunt anni ueniens
tes commoda senum, Multa recedentes adimunt.
Item Iuuenal.

Circumsilit agmine factio Morborum omne genus,
Item, ipsa senectus est morbus.

V N D E C I M O, Quid dicit, Minus uia laedet, in-
dicat comitem facundum in uia pro uehiculo esse.

EROTEMATA IN decimam Eclogam.

Cuius generis est hæc postre-
ma Ecloga?

Generis demonstratiui est. Continet enim que
relam de Galli amore & insania, qui Cythe-
rin meretricem desperierat, que Gallo spre-
to Antonium in Galliam cum exercitu proficien-
tem secuta est.

Quot habet partes?

Quatuor. Prima pars Eclogæ est exordium, in
quo inuocat Musam, ut affiret sibi uolenti scribere
ultimam Eclogam. Secunda pars est expostulatio cit-
Musis, quid non affuerint Gallo, nec cum consola-
te sunt. Tertia pars est μετάβασις, qua respon-
det Gallus pastoribus, qui ad cum consolandum con-
fluxerant, & ostendit illorum officium sibi gratum

QVAESTIVNCVLAE.

cſc. Quartapars eſt epilogus omnium Eclogarum.

Imitatus ne eſt etiam Theocri-
tum hoc loco?

Imò Plerosque enim locos mutuatus eſt ex Thyr-
side, Ergatinis & Thalysijs Theocriti.

Quiſunt loci communes?

PRIMVS eſt memorabile exemplum aulice
fortune. Nam cū Gallus fuifset Augusto familiaris-
fimus, tamen uenit tandem in ſuſpicionem defectio-
nis, & iudicatus eſt hostis.

SECVNDVS eſt, quām uchemens affectus
ſit amor, & quōd non poſit uinci, ſi quis indulge-
at deſiderio. Nam quōd poeta fingit, Gallū perijſ-
ſe amore, indicat nullum tantum robur, nullum tan-
tam uim animi eſſe etiā in ſummis hominibus, que
non poſit enervari & diſſoluī uoluptatum illece-
bris: nullum impetum tantum eſſe, qui non clangue-
ſcat, qui non domari & ſubigi poſit captus uolup-
tatum dulcedine, que in ſpecie me uidetur.

TERTIVS eſt, Atq; utinam ex uobis unius
uestriq; fuifsem &c. ubi ſignificare uitam priuatam
dulciorem eſſe administratione Relpub.

QVARTVS eſt, quōd fingit Gallum non ſu-
peratum fuiffe amore, ſi Muſae affuiſſent, procul dñ-
bio nibil aliud ſignificare uoluit, quām amore uen-
bementiſimum

IN ECLOG. VIRG.

52

bementiſimum affectum egregijs preceptis hanc
ſtis ex reconditis & abditis Philosophiae fontibus,
ſi non tolli, at certe molliri poſſe.

QVINTVS eſt, Veftra meos olim ſi fiftula
dicat amores, Vbi teſtatur Musicam amoris & ire
ardores componere, id quod ſupra in 2. Ecloga di-
ctum eſt.

SEXTVS eſt, quōd fingit Gallum ſubinde a-
lia atq; alia confilia capere, ut obliuiſcatur amoris,
Significat inconstantiam corum, qui amant.

FINIS QVAESTIVNCVLA RVM
IN BVCOLICA VIRGILII.

ARGV

MENTA D. PHILIPPI
Melanthonis.

IN PRIMAM
Eclogam.



RIMA Ecloga continet gratiarum actionem. Orditur autem à gratulatione alterius rustici, ut esset occasio narrationis, qua pauclo altius repetita rusticorū more commemorat beneficium Caesaris. Postea ut fieri solet, amplificat istud beneficium ab effectu seu à consequentibus, uidelicet, quod nunc domi rebus suis tuto fr̄i liceat, & sit beatus. Item collatione. Alij electi possessionibus exulant. Et hic asperguntur quædam π. & Σ. Item Epiphonema à caussa malorum, Bellum ciuale tales calamitates adserit. Conclusio habet & uerpo, Ergo prius rerum natura mutabitur q̄ obliuiscar huīus beneficij. Erit igitur adolescentibus hæc Ecloga commodium exemplum tractandæ gratiarum actio-

nis, que constat Enthymemate: Magno beneficio à Cesare sum affectus, Ergo nunquam illius obliuiscar. Antecedens, ut dixi, est amplificatum propter modum tribus schematis, ab effectibus seu à consequentibus, collatione & effectu. nam cetera ut in poëmate sunt Dialogica & inseruiunt decoro.

IN SECUNDAM
Eclogam.

Secunda Ecloga constat etiam perpetuo arguēto. Corydon. n. ambit amicitia Alexidis, & recitat caussas, quare non sit aspernandus. Hec summa est argumenti. Sed figura est Bucolica, & significat Virgilium ambire amicitiam seu Augusti, seu alterius cuiuspam, & certe simile quiddam. Talibus enim figuris solent inuolui alia argumenta, ut apud nos cantilene extant figurata, in quibus rusticarum personarum imagine aliæ personæ significantur. Est autem generis deliberatiū, quia est petitio qua rogat Corydon se nō despici ab Alexide. Priors quinq; uersus sunt argumentum Eclogæ. Deinde sequitur propositio. O crudelis Alexi etc. & amplificat eam querela per collationem: Omnia alia habet quo recreetur, & leuet suos labores, ego solus nō possum acquiescere. Rationes propositiois inchoat ab occupatione. Quanq; formosus es, tamen

etiam oppono alia plura bona illi fragili ex cuncto bono. Primum igitur argumentum sumitur à diuis tuis. Secundum ab arte. Tertium à forma. Quartum, ab utilitatibus, ubi obiter ruris cōmoda laudat. Deninde dona promittit, et intertextus uenustissimo affectus zelotypie. Quinto sequitur correctio, qd; Alexis non capiatur muneribus. Sexto, diluit obiectionem de indignitate, et argumentatur ab exemplo. Habitārunt dñi quoq; sylvas etc. Septimo amplificatio addita est per similitudinem, Alij aliud amat, Corydon Alexin. Deinde addit correctio nem totius querelæ, qua ad sanitatem reddit, et se ipsum obiurgat, et commonefacit, ut suas res agili se fēc; ab hoc furore reuocet. Oratio est mollissimæ propria, sed conspersa quibusdam figuris, que Bucolico generi conueniunt. In primis est pulchra H̄y potyposis, cum ait Corydon, se uelut in speculo sua facie in mari cōspexisse. Deinde sunt duas eleganssi me coaceruationes: altera de hortēsib; donis, fertis, pomis, Altera quæ cōtinet collationē et gnomē, qd; alijs rebus capiantur, estq; ornata gradatione.

IN TERTIAM Eclogam.

Tertia Ecloga dissimilis est superioribus. Nam superiores sunt magis oratores. Con-

stant enim perpetua quadam unius propositionis explicatione, cui addantur confirmationes, et amplificationes, ut sit in integris oratorum cōfessis, propterea sunt exempla admodum utilia scripturis unum aliquod cōtinuum argumentum. Sed terrena Ecloga non constat uno perpetuo arguento, est enim contentio pastorum, qui inter se certant uarijs dictis, similibus, cōtrarijs, aut alijs illusionibus. In his plurimum est figurarum, argutiārum et acutiorum, quibus aut uenuste notantur amuli, aut amici honorifice ornantur Encomijs. Deniq; salse et argute dicta multa sunt in hac Ecloga, quæ ad cōmiseratum sum, tāq; proverbia trāsferre possumus, qualia sunt ista: Qui Buiū nō odit, amet tua carmina Meā. H̄ic false ridentur inepiti poētae. De fucatis amicis et infidiosis: Frigidus o pueri fugite hic latet anguis in herba. Est igitur hac Ecloga exēplū uenuste et figurate altercationis, qualis in Dialogis et sepe in eo agressib; incidit, ubi brevi aculeo aliquē notamus aut refrimus, aut aliquid rētorquemus. Ad h̄ac urbanitatem prodest meminisse exēplū huius Eclogae.

Secunda utilitas est, ipsos proverbiales uerbi excerpere et transfrere ad nostra negotia, ut de scriptis Coctei et Vuicelij dici possit, Qui Buiū non odit, etc. De lividis et virulentis ingenij. Et si non aliqua nocuisse mortuus esset. De insuffis-

scriptoribus, Stridenti miserum stupula disperdere
carmē. Et quidē praecipue alteratio pastorum insi-
tuta est, ut significet eruditos de ingenij laude certā-
tes, & interim alios ineptos Thragones derideat,
qui ex ipsis congrederi cum doctioribus conantur.

IN QVARTAM Eclogam.

Exstant epistolæ Asinij ad Ciceronem elegā-
ter scriptæ. Fuit autem praecipue eius auto-
ritas apud Iulium, et deinde apud Augustū:
et quia doctrina excelluit, Virgilium & alios nul-
los doctos viros cōplexus est. Huic natus est ex fa-
lius Pollio, qui postea etiam clarus orator & maga-
ne autoritatis sub Tiberio fuit, ac reliquit librum
de collatione Ciceronis & patris Asinij. Cum igitur
Virgilius esset amicus patri Asinio, gratulatur ei
natum filium Pollionem. Estq; haec Ecloga gene-
neris demonstratiui, predicit enim felicitatem tē-
porum, & narrat filium Asinio natum esse felicis-
simis temporibus, cui multa prospera contingent,
& significat fore, ut temporum felicitas nouis
bonis cumuletur nato tali Principe. Et ut oratio
cresceret, rhetorica amplificatione distribuit illa
prospira in gradus ætatis. In fine addit Apostro-
phen uel ad puerū, uel figurata ad Augustum. Prin-
cipium

cipium narrationis de felicitate temporum per-
tinet ad Augustum. Repetit enim quadā uaticinia
Sibylle, quæ de pulcherrimo statu Romanæ Monar-
chia prodita erant, quia omnia imperia habuerunt
aliqua uaticinia. Estq; propemodum tota Ecloga
perpetua narratio.

IN QVINTAM Eclogam.

Elegans cum primis est quinta Ecloga, cum
quia lenium affectū, quos "Dñ vocant, ple-
na est, propter colloquium pastorum, a-
manter & familiariter se complecentium, tum
etiam quodd argumentum est perpetuum, & ex-
politum multis egregijs luminibus ac figuris uer-
borum ac sententiarum. Deplorat autem poëta
sub Daphnidis persona mortē uel fratri, uel quod
magis consentaneum est, Iulij Cæaris. Dixi enim
supra, quod sepe Bucolicis figuris serua argumenta
inuoluantur. Pertinet igitur haec Ecloga, partim
ad genus demonstratiuum, partim deliberatiuum.
Finguntur enim hic duæ cantilenæ, quarum prior
laudationem personæ Daphnidis cōtinet, est enim
Epicedion, Altera gratulationē, quod sit receptus
in numerum diuorum: & precationem, ut sit pro-
picius. Princepium Eclogæ est plane Dialogus,

ut sit occasio carminis. Postea sequuntur cantilene, in quarum priore proposito est amplificata distributione. Omnia uidelicet moerere extincto Daphnide. Primum argumentum ducitur à laude personæ, quæ sumitur à rebus gestis. Accedit rustica collatio, qua dignitatem personæ amplificat. Secundum argumentum petitum est à cōsequentibus seu utili. Postquam Daphnidē amissimus, dix etiam nos deseruisse uidentur, & omnia nunc infelicius proueniunt. Clauditur hæc pars Epitaphio. In altera cantilena Exordium constat gratulatione, qua explicatur etiam distributione, Totum uidelicet mundum lætari Daphnidē in cœlū sublato. Subiicitur precatio. Ergo sis propstius nobis. Sis bonus ô scelixq; tuis, &c. Adduntur rationes ab utili, quas exponit enumeratione earum rerum, quæ ad diuinum cultum pertinet. Ait enim se daturum lac, oleum, uinum, item hymnis celebraturum: postremo pollicetur perpetuum honorem.

IN SEXTAM Eclogam.

Sexta Ecloga nō est Rhetorica sed historicā plāne. Continet enim quandam cantilenam Sileni, quæ habet uarias & fabulosas narratiōes. Nulla igitur argumentatio est in hac Ecloga, ut in superioribus

rioribus plerisq; sed tantum historicarum expositio. Est autem edita in honorem Vari Quintili, qui tēporibus Augusti in Germania bella gerens ab Arminio Germanorum duce magna clade accepta sibi ipsi mortem consciuit. In exordio primum se purgat Varo per translationem, quod ideo ipsius res gestas carmine non celebret, quia Apollo Bucolicus potius scribi uolerit. Deinde per reiectionem proponit se in Bucolicis tamen predicatorum ipsius laudes. Postea cōmemorata occasione cantilene inchoat eam à creatione mundi, ubi recitat mundū et uniuersam naturā extitisse casu ex ærō. Relyque fabulae ex autore patent, quæ uel ad historias uel ad mores aut cōmunes uitæ casus referri possunt.

IN SEPTIMAM Eclogam.

Septima Ecloga quandam habet similitudinem cum tertia. Non enim constat uno aliquo perpetuo argomento, sed ludunt pastores uarijs sententijs certatēs de laude ingenij, et hæ uarijs sententiae sunt aut laudatiōes certorum hominum, aut figuratae & uenusta reprehēsiones, aut descriptiōnes commodorum locorū. Item tempestatum, que sunt egregia lumina orationis. Possimus aut ad nostrum usum in primis multa ex tam uarijs sententijs

transfere, cum ipſi aut laudamus eruditos aut denū
demus inceptos aut iniuidos, ut hīc deridetur cū ait:
Inuidia rumpantur ut ilia Codro. Magnam aut̄ gra-
tiā habēt heſſalae figuræ. Eſt & bella descriptio ſu-
perbe cōtemperatim, ut ſi dicam, Improbis tantum cu-
rāt leges et religionē, quantum numerū lupus, aut̄
torrētia flumina ripas. Vtraq; ſimilitudo eſt aptiſ-
ſima. Malis perrumpūt leges, ſunt flumina intumeſ-
cēta, extra ripas erumpūt. Indocti et cupidi nihil o-
ploris faciūt ordinē et leges, q̄ lupus numerū ouīū.
Hoc modo accommodare diſcamus has figurās. Hæc
diligētia & iudicium ſormat & alit copiā orationis.

IN OCTAVAM Eclogam.

Ecloga octaua continent duo diuersa argumē-
ta nibil cohærentia, quorum prius tamen ha-
bet Rhetoricas figurās, & eſt querela paſto-
ris de puella alteri collocaſta, cū ipſe ēa deperiret.
Eſtq; eleganter variata querela figuris. Prima uo-
catur & περὶ οὐκιστῶν, id eſt inſperatū. Nihil minus
ſperandum fuit q̄ ut ille cuculus potiretur hac puel-
la. Id inſperatū deſcribit hiſ ſimilibus: Cū canibus ti-
midi uenient ad pocula Dame. Deinde ſequitur in-
ſultatio, O digna cōiuncta uiro, dū deſpicis oēs. Ter-
tio amplificatio, q̄ diu amauerit. Huic addit gene-
rale

rale Epiphonema, deſcribēs q̄ uehemētis affectus ſit
Amor, & quātos cruciatus animo adſirat. Nūc ſcio
quid ſit amor duris in cotibus illum. Hic locus eſt in
hac Ecloga præcipius de uehemētia et ſequitā amo-
ris. Quarto imprecatio eſt furentis, ut totarerum
natura mutetur, Omnia uel medium ſiant mare. Si-
cut in magnis doloribus homines & ſibi & alijs in-
teritū optant. Sicut ait Xerxes apud Herodotū:
Multā accidere homini, ubi malit non eſſe quām
eſſe. Tandē uelut furens loquitur de abrumpta
uita. Itaq; prior pars Eclogæ proponit exempla
rhetorica amplificationum in querelis. Licebit e-
num uſurpare ad hīc modum inſperata, inſultatio-
nes, generales ſententias de quolibet affectu. Ut au-
tem omnes homines adhíbent musicam in magnis
affectibus uel ciendis uel leniendis, ſicut habemus
in Germanicis cantilenis, quibus odia, amores, que-
relas complectimur. Ita ueteres in uerſibus digere-
bant affectus. Et propter hanc cauſam etiam ad-
ſueciendi ſunt adolescentes ad poēticen, ut lectio-
ne poēmatum affectus leniant. Item, ut ipſi interdiē
poſſint affectus ſuos carmine complerti, lenire a-
mores, infectari hostes. Hæc in loco magnam ha-
bent laudem & utilitatem. Ita Theocritus orditū
quandam Eclogam: Nil, præter muſas, inſanum le-
vit amore. Et Virgilius hoc loco deſcribens ſequit-

tiam amoris dehortatur homines, et haec ipsa aēn
fatio mitigat furo rem, sicut querelæ solent pau-
latim minuere effusum dolorem. Sicut Ouidius ait
in 4. libro de Tristibus, Expletur lachrymis, ega-
riturq; dolor. Secunda pars est tantum narratio,
recitans incantationem, quam sumpsit poëta ex
Theocrito, ut stylum exerceret, uel ut derideret
magicas artes, quas hic significat inanes esse. Ha-
bet in fine memorabile dictum, Credimus an qui
mant ipsi sibi somnia fingunt.

ARGUMENTVM SI- ue dispositio in Nonam Eclogam.

Venusta Ecloga est uariata querelis, uotis
et gratulatione. Dicitur enim scripta hac
occasione, quod Centurio quidam conatus
fuerat expellere Virgilium ex prædio, quod Au-
gustus Virgilio restituerat. Ideo pastor initio deplo-
rat calamitates que existunt ex bellis ciuilibus. Ha-
bet autem locos communes insignes aliquot. Pri-
mus est, quām sit calamitosares bellum ciuile. Se-
cundus de inconstancia humana rerum. Ter-
tius, quod præcipue studia, leges, et artes pacis in
bellis ciuilibus extinguantur. Primum igitur bre-
ui dicto et Sarcasmo describit usitatias in ciuilibus
discor-

discordijs expulsiones ciuium ex paternis bonis,
sicut nunc quoq; paſim proscribuntur et expel-
luntur ciues propter religionem. Magnam au-
tem emphasiū habet illa figura Sarcasmus: Hec
mea sunt, ueteres migrate coloni. Significat enim
hic gestus superbe insultantem uictorem uictis. See-
cundus locus, quod Respub. habeant fatales uiciſſi-
tudines et poenas. Ideo ait, Nunc uicti tristes, quo-
niam fors omnia uersat. Tertius locus, quem tribua
it alteri pastori, quod bella ciuitam maxime noce-
ant literis, discipline, legibus, et similibus pacis
artibus, et efficiant barbariem ac uastitatem, id est
dicit, Sed carmina tantum nostra ualent Lycida ten-
ta inter Martia, quantum Chaomias dicunt aquila
ueniente columbas. Sicut Ennius ait, Pellitur et me-
dio sapientia, ui geritur res. Et illud, Silent leges
inter arma. Et Ouidius, Victag; pugnaci iura sub
ense latent. Sicut nec Pompeius, nec Caesar leges
aut consilia honorum, ut Ciceronis et aliorum, au-
diebant. Hi loci communes sunt obseruandi, quia
monent lectorem de magnis rebus, de fugiendis
et cauendis bellis et discordijs ciuilibus. Deinde
addit querelam. Si miles interficiisset Virgilium,
perirent multa poëmatia, Et q; amplificatio danni
à consequentibus. Postea ludunt et provocant se
ad mutuum certamen. Alter uenusta excusatione

utitur, alludens ad locum communem de ingrātia
scēte & tate, Omnia fert atas animū quoq; Id est,
Senectus languefacit omnes vires. Est autem in fa-
ne gratulatio, qua significat iam uictore Augusto
Rēpub. iterum pacatam fore: & sunt uenusta
descriptions, significantes pacis artes reslofescere:
Inserit Daphni pyros carpēt tua poma nepotes.
Figurate etiam Poëta studia literarū antefert au-
līcē uitæ, cum ait, Hic uer purpureum. Huc ades in-
san feriant sine littorā fluctus, Id est, quietam uitam
anteponito in studijs turbulentis negocij publicis.
Hos locos communes diligenter considerent & me-
minisse studeant adolescentes, quia nos in dicendo
& in scribendo sepe eis cum magna laude uti pos-
sumus. Nam talia dista uenusta accommodata mul-
tum gratie orationi addunt.

IN DECIMAM Eclogam.

Virgilius in Eclogis aliás prædicat benefi-
cia amicorum, aliás laudat amicos, aliás in-
secatur inuidos, aliás deplorat bella ciu-
lia. Tales enim materie, scilicet laudes beneficiorum,
aut uituperationes uiciorum, conueniunt
poëmati. Hac postrema Ecloga tota est querela,
in qua Gallum amore & desiderio Cytheridis cru-

cari conqueritur, quod illam à Gallo Antonius ab-
duxerat. Opinor teste deplorari discordiam ora-
tam inter Antonium & Augustum, Nam Gallus
utriq; fuit coniunctissimus. Postea diuulsus est ab
Antonio & secutus Augustum, apud quem in sum-
ma gratia & authoritate fuit. Estq; memorabile
exemplum aulicae fortunæ. Nam cum Augusto fui-
set familiarissimus, tamen ad extremum uenit in
suspitionem defectionis, & iudicatus est hostis. Qua-
re dolens Augusti animū à se sine causa aliena-
tum, propter indignitatem rei mortem sibi con-
sciuit. Porro hæc Ecloga est exemplum amplifica-
tionis, quia longa enumera-
tionē recitat Poëta, qui
deplorauerint Gallum. Estq; inserta uenusta ob-
iurgatio, qua Pan compellat Gallum. Hæc conti-
net locum communem, quam uehemens affectus
sit amor, & quod non possit uinci, si quis indulge-
at desiderio. Hic locus præcipue obseruandus est,
præsertim propter uenustas collationes. Nec la-
chrymis crudelis amor, nec gramina riuis. Nec Cy-
therido saturantur apes. Postea addidit uotum, Vti-
nam liceret uobiscum in rure uiuere, hic signifi-
catur uitam priuatam dulciorem esse administra-
tione Rēpub. Deinde compellat Cytheriden Gal-
lus. Sequitur correctio, in qua uelut resipiens
sit, se medicaturum esse amori uenatiōnibus, uel

ARG. PHIL. MEL.

alijs laboribus. Mox, ut est amoris inconstantia, re-
dit ad priorem querelam, & ait, Insanabile nulnus.
Estq; ornatisima hyperbole, quod amor sit imme-
dicabilis: Omnia uincit amor & nos cedamus a-
mori. Hi loci communes praesertim ornati in si-
milibus figuris diligenter obseruandi sunt, & insi-
gnes uersus ediscendi sunt, cum propter
res ipsas, tum quia sunt excen-
pla amplificationum
in oratione.

FINIS.



PUBLII VIRGILII MA-
RONIS POETAE MAN-
tuani Bucolica,

PVB · VIR

GILII MARONIS POE-
TAE MANTVANI BVCOLICO-

rum Ecloga prima. TITYRVS.

Melibœus, Tityrus



Ityre, tu patulae rccubans Me.
sub tegmine fagi
Sylvestrem tenui musam
meditaris auena:
Nos patriæ fines & dula-
cia linquimus arua.
Nos patriæ figimus, tu Ti-

tyre lensus in umbra

Formosam resonare doces Amaryllida sylvas.

Ti.

O Melibœus Deus nobis hæc ocia fecit,

N anq; erit ille mihi semper deus, illius aram

S æpe tener nostris ab ouilibus imbuet agnus.

Ille meas errare boues, ut cernis, & ipsum

Ludere quæ uellem calamo permisit agresti.

Non equidem inuideo, miror magis, undiq; totis Me.

Vsq; adeo turbatur agris, en ipse capellas

TITYRVS

Protinus æger ago, hanc etiam uix Tityre duco.
 Hic inter densas corylos modò nang; gemellos,
 Spem gregis, ab silice in nuda connixa reliquit.
 Sepe natalum hoc nobis, si mens non laeta fuisset,
 De coelo tactas memini prædicere quercus.
 Sepe sinistra causa prædixit ab ilice cornix.
 Sed tamen iste deus qui sit, da Tityre nobis.

Ti. Vrbem, quam dicunt Roman, Melibœe putauit
 Sultus ego huic nostræ similem, quod sepe solemus
 Pastores ouium teneros depellere foetus.
 Sic canibus catulos similes, sic matribus hædos
 Noram, sic parvus componere magna solebam.
 Verum hec tatum alias inter caput extulit urbes,
 Quantum lenta solent inter uiburna cupressi.

Me. Et que tanta fuit Roman tibi causa uidendis
 Ti. Libertas, quæ sera tamen respexit inertem,
 Candidior postquam tondenti barba cadebat,
 Respexit tamen, & longo post tempore uenit,
 Postquam nos Amaryllis habet, Galatea reliquit.
 Nang; (fatebor enim) dum me Galatea tenebat,
 Nec spes libertatis erat, nec cura peculi.
 Quamuis multa meis exiret uictima septis,
 Pinguis & ingrate premeretur caseus urbi,
 Non unquam grauis ære domū mihi dextra redibat.
 Me. Mirabar quid moesta deos Amarylli uocares,
 Cui pendere sua patereris in arbore poma.

Tityrus

ECLOGA I.

Tityrus hinc aberat, ipse te Tityre pinus,
 Ipsa fontes, ipsa hæc arbusta uocabant.

Quid facerem? neq; seruitio me exire licebat,

Ti.

Nec tam præsentes alibi cognoscere diuos.

Hic illum uidi iuuenem Melibœe, quotannis

Bis senos cui nostra uiles altaria sumant,

Hic mihi responsum primus dedit ille petenti:

Ascite, ut ante, boves pueri, submittite tauros.

Me.

Fortunate senex, ergo tua rura manebunt,

Et tibi magna satis, quamuis lapis omnia nudus,

Limosq; palus obducat pascua iunco:

Non insuetu graueis tentabunt pabula foetas,

Nec mala uicini pecoris contagia ledent.

Fortunate senex, hic inter flumina nota,

Et fontes sacros frigus captabis opacum.

Hinc tibi, quæ semper uicino ab limite sepes

Hybleis apibus florem depasta salicti,

Sepe leui somnum suadebit imire susurro.

Hinc alta sub rupe canet frondator ad auræ,

Nec tamen interea raucae, tua cura, palumbes,

Nec gemere aeria cessabit turtur ab ulmo.

An te leuis ergo pascentur in ethere cerui,

Et freta desituent nudos in littore pisces,

An te pererratis amborum finibus exul,

Aut Ararim Paribus bibet, aut Germania Tigrim,

Quam nostro illius labatur pectore uulius.

Ti.

f 3

TITYRVS

Me. At nos hinc alij stientes ibimus Afros,
 Pars Scythia & rapidum Cretæ uenemus Oaxen,
 Et penitus toto diuisos orbe Britannos.
 En unquam patrios longo post tempore fines,
 Puperis & tuguri congestum cespite culmen,
 Post aliquot, mea regna uidens mirabor, aristas,
 Impius haec tam culta noualia miles habebit?
 Barbarus has segetes en quod diccordia ciues
 Perduxit miseris? en quis consevimus agros?
 Insere nunc Melibæe pyros, pone ordine uites.
 Ite meæ, quondam fælix pecus, ite capelle.
 Non ego uos post hac uiridi proiectus in antro
 Domo, a pendere procul de rupe uidebo.
 Carmina nulla canam, non me pascente capelle
 Florentem cythifum, & salices carpetis amaras.
 Ti. Hic tamen hac mecum poteras requiescere nocte
 Fronde super uiridi, sunt nobis mitia poma,
 Castaneæ molles, & pressi copia lactis,
 Et iam summa procul villarum culmina fumant,
 M aioresq; cadunt altis de montibus umbrae.

ECLOGA II. ALEXIS.

Formosum pastor Corydon ardebat Alexim,
 Delicias domini, nec, quid speraret, habebat.
 Tatum inter densas, umbrosa cacumina, figos
 A sidue ueniebat, ibi haec incondita solus

Montibus

ECLOGA II.

Montibus, & sylvis studio iactabat inani.
 O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas,
 Nil nostri miserere, mori me deniq; cogis.
 Nunc etiam pecudes umbras, & frigora captant,
 Nunc uirides etiam occultant spineta lacertos.
 Testylis & rapido fessis messoribus estu
 Allia, serpillumq; herbas contundit olenteis:
 At mecum raucis, tua dum uestigia lustro,
 Sole sub ardenti resonant arbusta cicadis.
 Nonne fuit satius tristeis Amaryllidis iras,
 At tq; superba pati fastidia? nonne Menalcam?
 Quamuis ille niger, quamuis tu candidus essem.
 O formose puer, nimium ne crede colori,
 Albaligustra cadunt, uacinia nigra leguntur.
 Despectus tibi sum, nec qui sim quæreris Alexi,
 Quam diues pecoris nucci, quam lacticis abundans.
 Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ.
 Lac mihi non estate nouum, non frigore defit.
 Canto quæ solitus, si quando armenta uocabat
 Amphion Dirceus in Actæo Aracyntho.
 Nec sum adeo informis, nuper me in littore uidi,
 Cum placidu uetus staret mare, non ego Daphnis
 Iudice te metuam, si nunquam fallit imago.
 O tantum libeat mecum tibi sordida rura,
 At tq; humiles habitare casas, & figere ceruos,
 Cedorumq; gregem uiridi compellere hibisco,

ALEXIS

Mecum unā in sylvis imitabere Panā canendo.

P an primus calamos cera coniungere plures
Instituit, Pan curat oves, ouiumq; magistros.

Nec te pœniteat calamo triuisse labellum,
H ec eadem ut sciret, quid non faciebat Amyntas?
E st mihi disparibus septem compacta cicutis
F istula, Damoetas dono mihi quam dedit olim,
E t dixit moriens: te nunc habet ista secundum.
Dixit Damoetas, inuidit stultus Amyntas.

P ræterea duo, nec tuta mihi ualle reperti,
C apreoli, sparsis etiam nunc pellibus ambo,
B ina die siccant ouis ubera, quos tibi seruo.
I am pridem à me illos abducere Thestylis orat.
E t faciet, quoniam fordan tibi munera nostra.

H uc ades ô formose puer, tibi lilia plenis
E cce ferunt nymphæ calathis: tibi candida Nais
P allentes uiolas, et summa papaveracarpens,
N arcifsum, et florem iungit bene olentis anethi,
T um casia atq; alijs intexens suauibus herbis,
M ollia luteola pingit uacinia caltha.

I pse ego cana legam tenera lanugine mala,
C astaneasq; nuces, mea quas Amaryllis amabat.
A ddū cerea pruna, et honos erit huic quoq; pomo.
E t uos ô lauri carpam, et te proxima myrtle,
S ic posita, quoniam suaveis miscetis odores.
R usficus es Corydon, nec munera curat Alexis,

Ne

ECLOGA I⁶

Nec si muneribus certes, concedat solas.

E heu quid uolui misero mihi? floribus austrum
P erditus, et liquidis immisi fontibus apos.

Q uæ fugis ah demes? habitârūt dij quoq; sylvas
D ardanusq; Paris. Pallas quas condidit arces
I psa colat, nobis placeat ante omnia sylva.
T orua leuena lupum sequitur, lupus ipse capellam,
F lorentem cylbism sequitur lasciuia capella,
T e Corydon ô Alexi: trahit sua quenq; uoluptas.
A spice, aratra iugo referunt suspensa uiuenci,
E t sol crescenteis decedens duplicit umbras,
M et amè urit amor: quis enim modus adsit apori?
A h Corydon, Corydon, que te dementia capít.
S emiputata tibi frondosa uitis in ulmo est.
Quin tu aliquid saltē potius, quorum indiget usus,
V iminibus molliq; paras detexere iuncto?
Inuenies alium, si te hic festidit Alexis.

ECLOGA III. PALÆM.

Menalcas, Damoetas, Palæmon.

Dic mihi Damoeta, cuium pecus: an Meliboris? Me.
D no, uerū Aegonis, nup mihi tradidit Aego Da.
I nfelix ô semper ouis pecus: ipse Neeram Me.
D um souet, ac, ne me sibi præferat illa, ueretur,
H ic alienus oueis custos bis mulget in hora,
E t succus peccori, et lac subducitur agnis.

f 5

PALAE MON.

- Da. *P*arcius ista uiris tamen obijienda memento.
*N*ouimus & quite, transuersa tuentibus hircis,
*E*t quo, sed faciles nymphae risere, sacello.
 Me. *T*um credo, cum me arbustum uidere Myconis,
*A*tq; mala uites incidere falce nouellas.
 Da. *A*ut hic ad ueteres sagos cum Daphnidis arcum
*F*registi, & calamos, quæ tu peruerse Menalca
*E*t cum uidisti puerο donata, dolebas.
*E*t si non aliqua nocuisses, mortuuο essem.
 Me. *Q*uid domini faciant, audent cum talia fures?
*N*on ego te uidi Damonis pessime caprum
*E*xcipere insidijs multum latrante lycisa?
*E*t cum clamarem, quo nunc se proripit ille?
*T*ityre coge pecus, tu post carecta latebas.
 Da. *A*n mihi cantando uictus non redderet ille,
*Q*uem mea carminibus meruisset fistula caprum?
*S*i nescis, meus ille caper fuit, & mibi Damon
*I*pse fatebatur, sed reddere posse negabat.
 Me. *C*antando tu illum aut unquam tibi fistula cera
luncta fuit? non tu in triujs indocte solebas
*S*tridenti miserum stipula disperdere carmen?
 Da. *V*is ergo inter nos, quid possit uterq; uiciissim
*E*xperianur: ego hanc uitulam, ne forte recusas,
*B*is uenit ad mulctrām, binos alit ubere foetus,
*D*epono, tu dic, mecum quo pignore certes.
 Me. *D*e grege non ausim quicquam deponere tecum.

ECLOGA III.

- E*st mihi nanq; domi pater, est iniusta nouerca,
*B*isq; die numerant ambo pecus, alter & hoc dos.
*V*erum id, quod multo tute ipse fatebere maius,
*(In sanire libet quoniam tibi) pocula ponam
*F*agina, celatum diuini opus Alcimedonis,
*L*enta quibus torno facilis superaddita nitis
*D*iffusos hedera uestit pallente corymbos.
In medio duo signa, Conon, & quis fuit alter?
*D*escripsit radio totum qui gentibus orbem:
*T*empora quæ messor, quæ curuus arator haberet,
*N*ec dum illis labra admoui, sed condita seruo.
*E*t nobis idem Alcimedon duo pocula fecit,
*E*t molli circum est avus amplexus acantho.
*O*rpheaq; in medio posuit, sylvasq; sequentes.
*N*ec dum illis labra admoui, sed condita seruo.
*S*i ad uitulam spectes, nihil est quod pocula laudes.
*N*unquā hodie effugies, ueniam quocunq; uocaris, Me.
*A*udiat h.ec tantum uel qui uenit, ecce, Palæmon.
*E*fficiam posthac ne quenquam uoce lacefias.
*Q*uin age, si quid habes, in me mora non erit ulla, Da.
*N*ec quenquam fugio, tantum uicine Palemon
*S*ensibus hec imis (res est non parua) reponas.
*D*icite: quandoquidē in molli consedimus herba,
*E*t nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbos,
*N*unc frondent sylvae, nunc formosissimus annus.
*I*ncipe Damoeta, tu deinde sequere Menalca.*

Conon
trix dī
Athos
Commandans
toruia in
riev
Commissar
vī
Dā

P A L A E M O N

- Alternis dicetis, amant alterna Canco[n]e.
 Da. Ab ioue principium musæ, Iouis omnia plena,
 Ille colit terras, illi mea carmina cure.
 Me. Et te Phœbus amat, Phœbo sua semper apud me
 Munera sunt lauri, et suaue rubens Hyacinthus.
 Da. Malo me Galatea petit lasciuia puella,
 Et fugit ad salices, et se cupit ante uideri.
 Me. At mihi se[re] offert ultro meus ignis, Amyntas.
 N otior ut iam sit canibus non Delia nostris.
 Da. Parta mea Veneri sunt munera: namq[ue] notauit
 Ipse locum, serie quo congeressere palumbes.
 Me. Quod potui, puer sylvestri ex arbore lecta
 Aurea mala decem misi, cras altera mittam.
 Da. O quoties, et que nobis Galatea locuta est,
 Partem aliquam uenti diu[m] refratis ad aures.
 Me. Quid prodest, q[uod] me ipse a[n]no non spernis Amynta,
 Si dum tu sectaris a[pro]s, ego retia seruo?
 Da. Phyllida mitte mihi, meus est natalis, Iola,
 Cum faciam uitula pro frugibus, ipse uenito.
 Me. Phyllida amo ante alias, nam me discedere fleuit,
 Et longum formore uale uale, inquit, Iola.
 Da. Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbræ,
 Arboribus uenti, nobis Amaryllidis ire.
 Me. Dulce satis humor, depulsis arbutus hædis,
 Lenta salix foeto pecori, mihi solus Amyntas.
 Da. Pollio amat nostram, quamuis sit rustica, Musam

Pieri

E C L O G A III.

- Pierides uitulam lectori pascite uestro.
 Pollio et ipse facit noua carmina, pascite taurum Medæ
 Iam cornu petat, et pedibus qui spargat arenam.
 Quite Pollio amat, ueniat, quod te quoq[ue] gaudet, Da.
 Mella fluant illi, ferat et rubus asper amomum.
 Qui Bauit non odit, amet tua carmina Me[re].
 At tq[ue] idem iungat uulpes, et mulgeat hircos.
 Qui legitim flores, et humi nascentia fraga,
 F rigidus, o pueri fugite hinc, latet anguis in herba.
 Parcite oves nimis procedere, non bene ripe
 Creditur, ipse aries etiam nunc uellera fiscat.
 Tityre pascentes à flumine reijce capellas,
 Ipse, ubi tempus erit, omnes in fonte lauabo.
 Cogite oves pueri, si lac præcepit astus,
 Vi nuper, frustra pressabimus ubera palmis.
 E heu quam pingui macer est mihi taurus in druo. Da.
 Idem amor exitium est pecori, pecorisq[ue] magistro.
 His certe neq[ue] amor causa est, uix ossibus harent. Me.
 Nescio quis tencros oculus mihi fascinat agnos.
 Dic quibus in terris (et eris mihi magnus Apollo) Da.
 Treis pateat cæli spaciun non amplius ulnas.
 Dic quibus in terris inscripti nomina regum Me.
 Nascantur flores, et Phyllida solus habeto.
 Non, nostrum inter uos tantas componere lites,
 Et uitula tu dignus, et hic, et quisquis amores
 Aut metuet dulciss, aut experietur amaros.

P[er]

P O L L I O

Claudite iam riuos pueri, sat prata biberunt.

E C L O G A III. P O L L I O.

Sicelides Musæ, paulo maiora canamus,
Nō omnes arbusta iuuant, humilesq; Myrice.
Si canimus sylvas, sylvae sunt Consule dignæ:
Ultima Cumæi uenit iam carminis ætas,
M agnus ab integro seculorum nascitur ordo,
I am redit & uirgo, redunt Saturnia regna,
I am noua progenies cœlo demittitur alto.
Tu modo nascenti pueru, quo ferrea primum
Desinet, & toto surget gens aurea mundo,
C asta fauæ Lucina, tuus iam regnat Apollo.
Te eis adeo decus hoc æui, te consule inibit
P ollio, & incipient magni procedere menses.
Te duce, si qua manent sceleris uestigia nostri
Irrita perpetua soluent formidine terras.
Ille deum uitam accipiet, diuisq; uidebit
P ermissos Heroas, & ipse uidebitur illis,
P acatumq; reget patrijs uirtutibus orbem:
At tibi prima puer nullo munuscula cultus
Errantes hederas paſsim cum baccare tellus,
M istaq; ridenti colocasia fundet acantho.
Ipse lacte domum referent distenta capelle
V bera, nec magnos metuent armenta leones.
Ipſa tibi blandos fundent cumabula flores.

Occim

E C L O G A IIII.

Occidet & serpens, & fallax herba uenient

Occidet, Assyrium uulgo naſcetur Amomum.

At ſimil Heroum laudes, & facta parentis
I am legere, & que ſit, poteris cognoscere uirtus,
M olli paulatim flauescet campus arista,
Incultisq; rubens pendebit ſentibus uua,
Et dure quercus ſudabunt roſida mella.
P auca tamen ſuberunt priſcæ uestigia fraudis,
Quæ tentare Tethyn ratibus, que cingere muris
Oppida, quæ iubant telluri infundere ſulcos.
A lter erit tum Tiphys, & altera que uehat Argo
D electos Heroas, erunt etiam altera bella,
At tq; iterum ad Troiā magnus mittetur Achilles.

Hinc ubi iam firmata uirum te fecerit ætas,
C edet & ipſe mari uector, nec nautica pinus
Mutabit merces, omnis feret omnia tellus.
Non raftros patietur humus, non uincat falcem,
Robustus quoq; iam tauris iuga ſoluet arator,
Nec uarios diſcret mentiri lana colores,
Ipſe ſed in pratis aries iam fauæ rubenti
Murice, iam croceo mutabit uellera luto:
Sponte ſua ſandix paſcentes uestiſt agnos.
T alia ſecla ſuis dixerunt currite ſufis
Concordes ſtabili fatorum numine Parce.
Aggregere o magnos (aderit iam tēpus) honores,
Caro deum ſoboles, magnum Louis incrementum.

DAPHNIS

A spīce conuexo nutantem pondere mundum,
Terrāq; tractusq; maris, cœlumq; profundum,
A spīce, uenturo latentur ut omnia seculo.
Omīhi tam longe maneat pars ultima uitæ,
S pīritus & quantum sat erit tua dicere facta.
Non me carminibus uincet nec Thracius Orpheus
Nec Linus, huic mater quāuis, atq; huic pater adīs;
Orphē Calliopea, Lino formosus Apollo.
Pan etiam Arcadia dicat se iudice uictum.
Incipe parue puer risu cognoscere matrem,
M atri longa decem tulerint fastidia menses.
Incipe parue puer, cui non risere parentes
Nec Deus hunc mensa, dea nec dignata cubili q;

ECLOGA V. DAPHNIS.

Menalcas. Mopsus.

Me.

C Vr non Mopse (boni quoniam conuincimus
ambo,

Tu calamos iſflare leues, ego dicere uerſū)

Hic corylis mixtas inter confedimus ulmos?

Mo.

Tu maior, tibi me est æquum parere Menalca,

S iue sub incertas Zephyris motantibus umbras,

S iue antro potius succedimus, aspīce ut antrum

S yluestris raris sparxit labrusca racemis.

Me.

M ontibus in nostris solus tibi certet Amyntas.

Mo.

Quid si idem certet Rhœkum superare canemdo!

Incipit

ECLOGA V.

Incipe Mopse prior, si quos aut Phyllidis ignes,
Aut Alconis habes laudes, aut iurgia Codri.
Incipe, pascentes seruabit Tityrus hœdos.
Inmō hæc in uiridi nuper que cortice fagi
Carmina descripti, & modulans alterna notaui,
Experiar, tu deinde iubeto certet Amyntas.
Lenta salix quantum pallenti cedit oliue,
P uniceis humilis quantum saliunca rosetis,
Iudicio nostro tantum tibi cedit Amyntas.
S ed tu desine plura puer, successimus antro.
E xtimetum nymphæ crudeli funere Daphniz
F lebant, nos coryli testes, & flumina nymphis.
C um complexa sui corpus miserabile nati,
A tq; deos, atq; astra uocat crudelia mater.
Non ulli pastos illis egere diebus

F rigida Daphni boues ad flumina, nulla neq; amne

L ibauit quadrupes, nec graminis attigit herbam.

D aphni tuum Poenos etiam ingemuisse leones

I nteritum, montesq; feri, sylueq; loquuntur.

D aphnis & Armenias curru subiungere Tigres

I nstituit, Daphnis Thyasos inducere Baccho,

E t folijs lenta intexere mollibus hastas.

V itis ut arboribus decori est, ut uitibus uiae:

V t gregibus tauri, segetes ut pinguis aruis,

Tu decus omne tuis: Postquam te fata tulerunt,

I psa Pales agros, atq; ipse reliquit Apollo.

Me.

Mo.

Me.

Mo.

DAPHNIS

Grandia sepe quibus mandauiimus ordea fulcis,
In coelis lolium, & steriles dominantur aeneae.
Pro molli uiola, pro purpureo narciso,
Carduus, & spinis surgit paliurus acutis.
Spargite humum folijs, inducite fontibus umbras
Pastores, mandat fieri sibi talia Daphnis.
Et tumulum facite, & tumulo super addite carmen.
Daphnis ego in sylvis hinc usq; ad sydera notus,
Formosi pecoris custos, formosior ipse.

Me. T ale tuum carmen nobis diuine poeta,
Quale sopor sebis in gramine, quale per aestum
D ulcis aquae saliente sitim resinguere riuo.
Ne ec calamis solum æquiparas, sed uoce magistrū.
F ortunate puer, tu nunc eris alter ab illo.
N os tamen hæc quoq; modo tibi nostra uiciſſim
Dicemus, Daphninc; tuum tollemus ad astra.
Daphnis ad astra feremus, amauit nos quoq; Daphniſ
Mo. A n quicquam nobis taliſit munere maius? (nis
E t puer ipſe fuit cantari dignus, & iſta
I am pridem Stimichon laudauit carmina nobis.
C andidus insuetum miratur limen Olympi,
S ub pedibusq; uidet nubes & sydera Daphnis.
E ergo dacreis sylvas, & cætera rura voluptas,
P anaq; pastoresq; tenet, Dryadasq; puellas.
N ec lupus insidias pecori, nec retia ceruis
V illa dolum meditantur: amat bonus otia Daphnis.

Ipsiſ

ECLOGA. V.

Ipsiſ læticia uoces ad sydera iactant
Intonsi montes, ipſe iam carmina rupes,
I psa sonant arbusta, deus deus ille Menalca.
S is bonus ô felixq; tuis, En quatuor aras,
E cce duas ribi Daphni, duoq; altaria Phœbo.
P oculi bina nouo spumantia lacte quotannis,
C raterasq; duos statuam tibi pinguis oliui,
E t multo in primis hilarans connuia Baccho,
A nte focum, si frigus erit, si meſſis, in umbraq;
V in nouum fundam calathis aruſſia nectar.
C antabunt mibi Damoetas, & Lyctius Aegon,
S altantes Satyros imitabitur Alpheſibœus.
H æc tibi ſemper erunt, & cum ſolennia uota
R eddemus nymphis, & cum lustrabimus agros:
D um iuga montis aper, fluiuos dum pifcis amabit,
D umq; thymo paſcentur apes, dum rore cicade,
S emper honos, nomenq; tuum, laudesq; manebüt.
V it Baccho, Cereriq; tibi ſic uota quotannis
A gricolæ facient, damnabis tu quoq; uotis.
Q uæ tibi quæ tali reddam pro carmine donaſ
Mo. N am neq; me tantum ueuentis ſibilus austri,
N ec percuſſa iuuani fluctu tam littora, nec que
S axosas inter decurrunt flumina ualles.
H ac te nos fragili donabimus ante cicuta.
H ac nos, formosum Corydon ardebat Alexini,
H ac eadem docuit, cuium pccus an Melibœiſ

g 2

SILENVS.

Mo. Attu sume pedum, quod me cum sepe rogaret,
Non tulit Antigenes, et erat tum dignus amari.
Formosum paribus nodis, atq; ere Mentalca.

ECLOGA VI.

Silenus.

PRIMA Syracusio dignata est ludere uersie
Nostra, nec erubuit sylva habitare, Thalid.
Cum canerē reges, et prælia, Cynthius aurē
Vellit, et admonuit, pastorem Tityre, pingues
Pascere oportet oues, deductum dicere carmen.
Nunc ego (nāq; super tibi erunt, qui dicere laudes
Ware tu is cupiant, et tristia condere bella)
A grestem tenui meditabor arundine musam:
Non iniussa cano, si quis tamen hec quoq; , si quis
Captus amore leget, te nostræ Ware myrice,
T enemus omne canet, nec Phœbo gratior ulla est,
Quam sibi quæ Vari præscripsit pagina nomen.
P ergite Pierides. Chromis et Mnæsylus in antro
Silenum pueri somno uidere iacentem,
Inflatum hesterno uenas, ut semper, faccho.
S erta procul tantum capiti delapsa iacebant,
Et grauis attrita pendebat cantharus ansa.
Aggressi (nam sepe senex spe carminis ambos
Luserat) iniiciunt ipsis ex uincula fertis.
Addit je sociam, timidisq; superuenit Aegle,

Aegle

ECLOGA VI.

Aegle Naïadum pulcherrima, iamq; uidenti
Sanguinis frontem moris, et tempora pingit.
Ille dolum ridens, quò uincula neftis inquit.
Soluite me pueri, satis est potuisse uideri.
Carmina, que uultis, cognoscite: carmina uobis:
Huic diuid mercedis erit, simul incipit ipse.
Tum uero in numerum Faunosq; ferasq; uideres
Ludere cum rigidas motare cacumina quercus.
Nectantum Phœbo gaudet Parnassia rupes,
Ne c tatum Rhodope miratur, et Ismarus Orpheus.
Namq; canebat, uti magnum per mane coacta
Semina terrarumq; animaq; marisq; fuissent,
Et liquidi simul ignis: ut his exordia primis
Omnia, et ipse tener mundi concreuerit orbis.
Tum durare solum, et discludere Nerea ponta
Ceperit: et rerum paulatim sumere formas.
Iamq; nouum terræ stupeant luce, cere solem:
Altius atq; cadant sumnotis nubibus hymbris.
Incipiunt sylvae cum primum surgere: cumq;
Rara per ignotos errent animalia montes.
Hinc lapides Pyrrhae iactos, Saturnia regna,
Caucaseasq; refert uolucres: furtumq; Promethei.
His adiungit, Hylam nautæ quo fonte relicta
Clamassent: ut littus Hyla Hyla omne sonaret.
Et fortunatam, si nunquam armata fuissent,
Pasiphæn niuci solatur amore iuuenci.

SILENVS.

A h uirgo infelix, quæ te dementia coepit?
 P roctides implerunt falsis mugitibus agros:
 A t non tam turpes pecudum tamen ulla secuta est
 C oncubitus, quamvis collo timuisset aratum,
 E t sæpe in leui quæsiſſet cornua fronte.
 A h uirgo infelix, tu nunc in montibus erras:
 I lle latus nuncum molli fultus hyacintho
 I lice sub nigra pallentes ruminat herbas: (phœ
 A ut aliquā in magno ſequtur grege, claudite nymphæ
 D iſtæ, nymphæ nemorum, iam claudite saltus,
 S i qua forte ferant oculis ſeſe obvia nostris
 E rrabunda bouis ueftigia; forſitan illum
 A ut herba captum uiridi, aut armenta ſecutum
 Perducant aliquæ ſtabula ad Gortynia uaccæ.
 T um canit Hesperidum miratam mala puellam.
 T um Phæthontiadæ muſco circundat amaræ
 C orticis, atq; ſolo proceras erigit alnos.
 T um canit errantem Permeſſi ad flumina Gallum.
 A onas in montes ut duxerit una ſororum.
 A tq; uiro Phœbi chorus affurrexerit omnis:
 V t Linus hæc illi diuino carmine paftron,
 F loribus, atq; apio crines ornatus amaro
 D ixerit, Hos tibi dant calamos (en accipe) muſe.
 A ſcreo quos antè ſeni, quibus ille solebat
 C antando rigidas deducere montibus ornos.
 His tibi Grynei memoris dicatur origo,

No

ECLOGA VI.

N e quis fit lucus, quoſe plus iactet Apollo.
 Q uid loquar, aut Scylla Niſi, quam fama ſecuta eſt
 C andida ſuccinctam latrantibus inguina monſtris,
 D ulichias uexaffe rates, & iurgite in alto
 A h timidos nautas caribus laceraffe mariñis?
 A ut ut mutatos Terci narrauerit artus?
 Q uas illi Philomela dapes, que dona parârunt?
 Q uo cursu deferta petuerit, & quibus antè
 Inſectix ſuadetla ſuperuolitauerit aliis?
 O mina, que Phœbo quondam meditante beatus
 A udijt Eurotas, iuſſitq; ediscere lauros,
 I lle canit, pulſe referunt ad fydera ualles.
 C ogere donec oues ſtabulis, numerumq; reſerre
 I uſſit, & inuitu proceſſit Vefper Olympo.

ECLOGA VII. MELI
bœus. Corydon, Thyrſis.

F Orte ſub arguta conſederat ilice Daphnis, Mc.
 F Cöpuleratq; greges Corydō et Thyrſis i unū,
 Thyrſis oues, Corydō diſtetas lacte capellas.
 A mbo florentes etatibus, Arcades ambo,
 E t cantare pares, & reſpondere parati.
 H uc mihi, dum teneras defendo à frigore myrtos,
 V ir gregis ipſe cap derrauerat, atq; ego Daphnis
 A ſpicio, ille ubi me contra uidet, ocyus inquit,
 H uc ades ô Melibœe, caper tibi ſalutis, & hoedii

8 4

MELIBOEVS

Et si quid cessare potes, requiesce sub umbra.
 Huc ipsi potum uenient per prata iuuenci.
 Hic uiridis tenera prætexit arundine ripas
 M' incius, e'q; sacra resonant examina queru.
 Quid faceret neq; ego Alcippe, nec Phyllida habe.
 Depulso a lacte domi quæ clauderet agnos. (bam)
 Et certamen erat, Corydon cum Thyrside, magnu.
 Posthabui tamen illorum mea seria ludo.
 A lternis igitur contendere uersibus ambo
 C opere: alternos muse meminisse uolebant.
 Hos Corydon, illos referebat in ordine Thyrsis.
 Co. Nymphæ, noster amor, Libethrides, aut mihi carmè
 Quale meo Codro concedite (proxima Phœbi
 V ersibus ille facit) aut si non possumus omnes,
 Hic arguta sacra pendebit fistula piniu.
 Th. P astores hedera crescentem ornate poetam
 Arcades, inuidia rumpant ut ilia Codro.
 Aut si ultra placitum laudârit, baccare frontem
 C ingite, ne uati noceat mala lingua futuro.
 Co. S etosî caput hoc apri tibi Delia paruus
 E tramosa Mycon uiuacis cornua cerui.
 Si proprium hoc fuerit, leui de marmore tota
 P uniceo stabis suras euincta colburno.
 Th. S inum lastis, et hæc te liba Priape quotannis
 E xpectare sat est, custos es pauperis horti.
 N unc te marmoreum pro tempore fecimus, at tu

ECLOGA VII.

Si foecitura gregem suppleuerit, aureus esto.
 Ne rine Galatea thymo mihi dulcior hybla,
 C andidior cygnis, hedera formosior alba,
 Cum primum pasti repetent præsepi a tauri,
 Si qua tui Corydonis habet te cura, uenito.
 Immo ego Sardois uidear tibi amerior herbis,
 Horridior rusco, proiecta uilior algæ.
 Si mibi non haec lux toto iam longior anno est.
 I te domum pasti, si quis pudor, ite iuuenci.
 Muscosi fontes, et somno mollior herba,
 Et que uos rara uiridis tegit arbutus umbra,
 Solstitium pecori defendite, iam uenit aestas
 Torrida, iam lato turgent in palmitæ gemmea.
 Hic focus, et tæda pingues, hic plurimus ignis
 Semper, et assidua postea fuligine nigri.
 Hic tantum Boreæ curamus frigora, quantum
 Aut numerum lupus, aut torrentia flumina ripas.
 S tant et iuniperi et castaneæ birsute,
 Strata iacent passim sua quæq; sub arbore poma.
 Omnia nunc rident, at si formosus Alexis
 Montibus his abeat, uideas et flumina sicca.
 A ret ager, uitio moriens sitit acris herba,
 Liber pampinea inuidit collibus umbras.
 Phyllidis aduentu nostræ nemus omne uirebit,
 Iuppiter et lato descendet plurimus umbri.
 Populus Alcidæ gratissima, uitis Iaccho,

Co.

Th.

Co.

Th.

Co.

Th.

Co.

M E L I B O E V S.

Formose myrtus Veneri, sua laurea Phœbo:
Phyllis amat corylos, illas dum Phyllis amabit.
Neç myrtus uincet corylos, nec laurea Phœbi.
Tb. Fraxinus in syluis pulcherrima, pinus in hortis,
Populus in fluuijs, abies in montibus altis.
Septius at si me Lycida formose reuisa,
Fraxinus in syluis cedet tibi, pinus in hortis.
Me. Hæc memini, et uictu frustra contendere Thyrsim:
Ex illo Corydon Corydon est tempore nobis.

ECLOGA VIII. PHARMA
ceutria, Damon, Alphesibœus.

PAstorum musam Damonis & Alphesibœi,
Immemor herbarum quos est mirata iuuenca
Certateis, quorū stupefacte carmine lynxes,
Et mutata suos requierunt flumina cursus,
Damonis musam dicemus, & Alphesibœi.
Tu mihi, seu magni superas iam saxa Timani,
Sue oram Illyrici legis equoris, en erit unquam
Ille dies, mihi cum liceat tua dicere factus
En erit, ut liceat totum mihi ferre per orbem
Sola Sophocleo tua carmina digna cothurnos
A te principium, tibi definet, accipe iussis
Carmina coepta tuis, atq; hanc sine tempora circu
Inter uitrices hedera mibi tibi serpere lauros.
Frigida uix coelo noftis decesserat umbra,

CHM

ECLOGA VIII.

Cum ros intenera pecori gratissimus herba est.
Incumbens tereti Damon sic coepit oliuæ.
Ascere, præq; diem ueniens age lucifer alnum, D^a.
Coniugis indigno Nise deceptus amore
Dum queror, & diuos (quoniam nil testibus illis
Prosci) extrema moriens tamen alloquor hora.
Incipe Menalios mecum mea tibia uersus.
Manalus, argutumq; nemus, pinosq; loquentes
Semper habet, semper pastorum ille audit amores,
Panag, qui primus calamos non passus inertes.
Incipe Menalios mecum mea tibia uersus.
M opso Niſa datur, quid non speremus amantes?
Iungentur iam gryphes equis, cuoq; sequenti
Cum canibus timidi uenient ad pocula damæ.
M opse nouas incide facies, tibi ducitur uxor.
Sparge marite nuces, tibi deserit Hesperus Octam.
Incipe Menalios mecum mea tibia uersus.
O digno coniuncta uiro, dum despicias omneis,
Dumq; tibi est odio mea fistula, dumq; capelle,
Hirsutumq; supercilium, prolixaq; barba.
Neç curare deum credis mortalia quenquam.
Incipe Menalios mecum mea tibia uersus.
Sepibus in nostris paruam te roscida mala
(Dux ego uester eram) uidi cum matre legentem:
Alter ab undecimo tum me iam ceperat annus:
Iam fragiles poteram à terra contingere ramos.

PHARMACEVTRIA

Vt uidi, ut perij, ut me malus abstulit error?
 Incipe Mænalias mecum mea tibia uerjus.
 Nunc scio quid sit amor, duris in cotibus illum
 Ismarus, aut Rhodope, aut extremi Garantes
 Nec nostri generis puerum, nec sanguinis edunt.
 Incipe Mænalias mecum mea tibi uerjus.
 Seuus amor docuit natorum sanguine matrem
 Commaculare manus, crudelis tu quoq; mater.
 Crudelis mater magis, an puer improbus ille?
 Improbus ille puer, crudelis tu quoq; mater.
 Incipe Mænalias mecum mea tibia uerjus.
 Nunc & oues ultro fugiat lupus, aurea dure
 Mala ferant quercus, narciso floreat alnus.
 Pinguis corticibus sudent electra myrica,
 Certent & cygnis ulula, fit Tityrus Orpheus,
 Orpheus in sylvis, inter Delphini Arion.
 Incipe Mænalias mecum mea tibia uerjus.
 Omnia uel medium fiant mare, uiuite sylue:
 Precepis acry specula de montis in undas
 Deserar, extreum hoc munus morientis habeto.
 Desine Mænalias, iam desine tibia uerjus.
 Hec Damon, uos que responderit Alpheibœus
 Dicite Pierides: non omnia possumus omnes.
 XI. Effer aquam, & molli cinge hec altaria uitte,
 Verbenasq; adole pingues, & mascula thura:
 Coniugis ut magicis sanos auertere sacris

Proseptim: No Experiar
 omnia eadem si leuay
 Lissus 2: secund: 3.

ECLOGA VIII.

Experiar sensus, nihil hic nisi carmina desunt.
 Ducite ab urbe domū mea carmina ducite Daphnis
 Carmina uel coelo possunt deducere lunam,
 Carminibus Circe socios mutauit Ulyss:
 Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. (nix
 Ducite ab urbe domum mea carmina, ducite Daphnis
 Terna tibi haec primum triplici diuersa colore
 Licia circundo, terq; haec altaria circum
 Effigiem duco: numero deus impare gaudet.
 Ducite ab urbe domū mea carmina ducite Daphnis
 Nec te tribus nodis ternos Amarylli colores, (cto.
 Nec te Amarylli nodos, & Veneris dic uincula ne
 Ducite ab urbe domū mea carmūa, ducite Daphnis.
 Limus ut hic durescit, & haec ut cera liquefacit
 Vno eodemq; igni, sic nostro Daphnis amore.
 Sparge molā, et fragileis incende bitumine lauos:
 Daphnis me malus urit, ego hac i Daphnidie laurie.
 Ducite ab urbe domū mea carmia, ducite Daphnis.
 Talis amor Daphnis: qualis cum fessa iuencum
 Per nemora, atq; altos querendo bucula lucos
 Propter aquæ rium uiridi procumbit in ulua
 Perdita, nec serè meminit decedere nocti:
 Talis amor teneat, nec sit mihi cura mederi.
 Ducite ab urbe domū mea carmia, ducite Daphnis.
 Has olim exuias mihi perfidus ille reliquit,
 Ignora chara sui, que nunc ego limine in ipso

PHARMACEVTRIA.

Terra tibi mando, debent hæc pignora Daphnii.
Ducite ab urbe domū mea carmia, ducite Daphnii.
Has herbas, atq; hæc Ponto mihi lecta uenena,
Ipse dedit Moeris, nascuntur plurima Ponto.
His ego sepe lupum fieri, & se condere syluis
Moeris, sepe animas imis excire sepulchris,
At tq; satas alid iudi traducere messes.

Ducite ab urbe domū mea carmia, ducite Daphnii.
Fer cineres Amarylli foras, riuos fluenti,
Trāsq; caput iace, ne respexeris, his ego Daphnii
Aggregiar, nihil illæ deos, nil carmina curat.

Ducite ab urbe domū mea carmia, ducite Daphnii.
A spice, corripuit tremulis altaria flammis
S ponte sua, dum ferre moror, cinis ipse, bonum sit.
Nescio quid certè est, & Hylax in limine latrat.
Credimus an qui amant, ipsi sibi somnia fingunt?
P arcite ab urbe uenit, iā parcite carmina Daphnis

ECLOGA IX. MOERIS.

Lycidas, Moeris.

Vō te Moeri pedes? an, quō uia ducit ī urbē?
Q O Lycida uiui peruenimus, aduena nostri
(Quod nūq; ueriti sumus) ut possessor agel
Diceret: hæc mea sunt, ueteres migrare coloni. (li
Nunc uicti, tristes (quoniam sors omnia uersat)

Hos

ECLOGA IX.

Hos illi (quod nec bene uertat) multimus hædos.
Certe equidem audieram, quā se subducere colles
Incipiunt, molliq; iugum demittere clivo,
Vsq; ad aquā, & ueteris iam fracta cacumina fagi,
Omnia carminibus uestrum seruasse Menalcam.

Audieras, & fama fuit, sed carmina tantum
Nostra ualent Lycida tela inter Martia, quantum
Chaonias dicunt aquila ueniente columbas.
Quòd nisi me quacunq; nouas incidere lites
Antè sinistra caua monuisset ab ilice cornix,
Nec tuus hic Moeris, nec uiucret ipse Menalcas.

Heu cadit in quenq; tantum scelus! heu tua nobis Ly:
Penè simul tecum solatia raptæ Menalcas
Quis caneret nymphas? q̄s humū florentib. herbis
S pargere? aut uiridi fontes induceret umbras
Vel quæ sublegi tacitus tibi carmina nuper,
Cum te ad delitias ferres Amaryllida nostras?

Tityre dum redeo (breuis est uia) pasce capellas.
Et potum pastas age Tityre, & inter agendum

O cursare capro (cornu ferit ille) cœueto.

I minò hec, quæ Varo, necdum perfecta, canebat. Mœ:

Varo tuum nomen (superet modo Mantua nobis,
Mantua uenire nūmum uicina Cremonæ)
C antantes sublime ferent ad sydera cygni.

Sic tua Cyrræas fugiant examina taxos,
Sic cythiso pastæ distentent ubera hacce.

Dorsarit
Uergilia
vix
vix

Mœ.

Ly:

Mœ:

Ly:

MOERIS.

Inspice si quid habes, & me fecere poetam
Pierides, sunt & mihi carmina, me quoq; dicunt
Vatem pastores, sed non ego credulus illis.
Nam pug; adhuc Varo uideor nec dicere Cinna
Digna, sed argutos interstrepere anser olores.

M. Id quidem ago, et tacitus Lycida mecum ipse uoluto
Si ualeam meminisse, neq; est ignobile carmen.
causas poli societatis in collibus.
Huc ades o Galatea: quis est nam ludus in undis?
Hic uer purpureum, uarios hic flumina circum
Fundit humus flores, hic candida populus antro
Imminet, & lente texunt umbracula uites.
Huc ades: insani feriant sine littora fluctus.

L. Quid? quae te pura solum sub nocte canentem
Audieram? numeros memini si uerba tenerem.
M. Daphni, quid antiquos signorum suspicis ortus?
Ecce Dionai processit Cesaris astrum,
Astrum, quo segetes gaudent frugibus, & quo
Duceret apricis in collibus uua colorem.

Insere Daphni pyros, carpent tua poma nepotes.
Omnia fert etas, animum quoq; sepe ego longos
Cantando puerum memini me condere soles.
Nunc obliita mihi tot carmina, uox quoq; Mœrin
Iam fugit ipsa, lupi Mœrin uidere priores.

Sed tamen ista satis referet tibi sepe Menalcas.
L. Causando nostros in longum ducis amores,
Et nunc omne tibi stratum silet equor, & omnes

(Aspice)

ECLOGA IX.

(A spic)e uentosi ceciderunt murmuris auræ.
Hinc adeò media est nobis uia: namq; sepulchrum
Incipit apparere Bianoris, hic, ubi densas
Agricolæ stringunt frondes, hic Mæri canamus,
Hic hœdos depone, tamen uenientius in urbem:
Aut, si nox pluuiam ne colligat ante ueremur.
Cantantes licet usq; (minus uia laet) eamus.
Cantantes ut eamus, ego hoc te fasce leuabo.
Desine plura puer, & quod nunc instat agamus. **M.**
Carmina tum melius, cum uenerit ipse, canemus.

ECLOGA X.

Gallus.

Ex tremu huc Arethusa mihi cõcede labore.
Paucæ meo Gallo, sed quæ legat ipsa Lycoris,
Carmia sunt dicēta, neget q; carmia Gallo.
Sic tibi cum fluctus subter labore Sicanos,
Doris amara suam non intermisceat undam.
Incipe, sollicitos Galli dicamus amores:
Dum tenera attendent simæ uirgulta capelle.
Non canimus surdis: respondent omnia sylue.
Quæ nemora, aut qui uos saltus habuere puellæ
Naiades, indigno cum Gallus amore perirent?
Nam neq; Parnasi uobis iuga, nam neq; Pindi
Ulla moram fecere, neq; Aonia Aganippe.
Illum etiam lauri, illum etiam fleuere myricæ:

b

GALLVS

Phnifer illum etiam sola sub rupe incensem
 Menalus, & gelidi fleuerunt saxa Lycei.
 S tant & oues circum, nostri nec poenitet illas,
 Nec te poeniteat pecoris diuine poeta.
 Et formosius oues ad flumina pauit Adonis.
 Venit & upilio: tardi uenere bubulci:
 V uidus hyberna uenit de glande Menalcas.
 Omnes unde amor iste rogant: tibi uenit Apollo,
 G alle quid insanis? inquit: tua cura Lycoris
 Perq; niues alium, perq; horrida castra secuta est.
 V enit & agresti capitisi Sylvanus honore,
 F lorentes ferulas, & grandia lilia quassans.
 P an deus Arcadiæ uenit: quem uidimus ipsi
 Sanguiueis ebuli baccis, mimioq; rubentem.
 Et quis erit modus? inquit: amor non talia curat.
 Nec lachrymis crudelis amor, nec grama riuis,
 Nec cyatho saturantur apes: nec fronde capella.
 Tristis at ille tamen: cantabilis Arcades inquit
 Montibus hæc uestris: soli cantare periti
 Arcades: o mihi tum quam molliter ossa quiescant,
 V estra meos olim si fistula dicat amores.
 Atq; utinam ex uobis unus, uestrisq; suissem
 Aut custos gregis, aut mature uimitor uae.
 Certè siue mihi Phyllis, siue esset Amyntas,
 Seu quicunq; furor (quid tum, si fuisse Amyntas?
 Et nigrae uiole sunt, & uacina nigra)

Mecum

ECLOGA X.

Me cum inter salices lenta sub uite iaceret:
 S erta mihi Phyllis legeret, cantaret Amyntas.
 Hic gelidi fontes: hic mollia prata Lycori:
 Hic nemus: hic ipso tecum consumerer ævo.
 N unc insanus amor, duri me Martis in armis,
 Tela inter media, atq; aduersos detinet hostes.
 Tu procul à patria (nec sit mihi credere tantum)
 Alpinas ab dura niues & frigora Rheni
 Me sine sola uides: ah te ne frigora ledant:
 Ah tibi ne teneras glacies fecet affera plantas.
 I bo, & Chalcidico que sunt mihi condita uersu
 Carmina, pastoris Siculi modulabor auena.
 Certum est in syluis, inter spelæa ferarum
 M alle pati, tenerisq; meos incidere amores
 Arboribus: crescent illæ: crescetis amores.
 Interea misis lustrabo Menala Nymphis:
 Aut acres uenabor apos: non me ulla uetabunt
 Frigora Parthenios canibus circundare saltus:
 I am mihi per rupes uideor, lucosq; sonanteis
 Iræ: libet Partho torquere Cydonia cornu
 Specula, tanquam hæc sit nostri medicina furoris:
 Aut deus ille malis hominum mitescere discat.
 I am noq; Hamadryades rursus, nec carmina nobis
 Ipsa placent, ipsæ rursus concedite sylua.
 Non illam nostri possunt mutare labores,
 Nec si frigoribus medijs, Hebreisq; bibamus,

b 2

GALLVS.

Sithoniasq; niues hyemis subeamus aquosa.
 Nec si cum moriens alta liberaret in ulmo,
 Aethiopum uersemus oues sub sydere cancri.
 Omnia uincit amor, & nos cedamus amori.
 Haec sat erit diue uestrum cecinisse Poëtam.
 Dum sedet, & gracili fiscellam texit bibisco,
 Perides, uos haec facietis maxima Gallo:
 Gallo, cuius amor tantum mihi crescit in horas:
 Quantum uere noso viridis se subiicit alnus.
 Surgamus: solet esse grauis cantantibus umbra:
 Iuniperi grauis umbra nocet & frugibus umbra:
 Ite domum saturæ, uenit Hesperus, ite capelle.

F I N I S.

EPIGRAMMATA ALLI quot Virgilij.

DE LITERA Y.

Littera Pythagoræ discrimine secta bicorni,
 Humane uitæ speciem præferre uidetur.
 Nam uia virtutis dextrum petit ardua calle,
 Difficilemque aditum primum spectantibus offert:
 Sed requiem præbet sebis in uertice summo.
 Molle ostentat uia lata, sed ultima meta
 Præcipitat captos, uoluitque per ardua saxa.
 Quisquis enim duros casus virtutis amore
 Vicerit: ille sibi laudemque, decusque parabit:

At qui desidiam, luxumque sequetur incertem,
 Dum fugit oppositos incautamente labores,
 Turpis, inopsque simul miserabile transfiget aeuum.

DE VENERE

& uino.

Nec Veneris, nec tu uini capiaris amore:
 Vno namque modo Vina, Venusque nocent.
 Ut Venus eneuat uires, sic copia uini:
 Et tentat gressus, debilitaque pedes.

Multos cæcus amor cogit secreta fateri:
 Arcanum demens detegit ebrietas.

Bellum saepè parit ferus exitiale Cupido:
 Saepè manus itidem Bacchus ad arma uocat.

Perdidit horrendo Troiam Venus improba bello:
 At Lapithas bello perdis Iacche graui.

Denique cum mentes hominum furiarunt uterque,
 Et pudor, & probitas, & metus omnis abest,
 Compeditibus Venerem, uincis constringe Lyæum,

Ne te muneribus ledat uterque suis.
 Vina sitim sedant, natis Venus alma creandis
 Seruit: finem horum transfluisse nocet.

EST ET NON.

Est, et Non, cuncti monosyllaba nota frequenterant.
 His deceptis, nihil est hoīum quod sermo uoluet.
 Omnia in his, ex ab his sunt omnia: sine nea
 goci, b 3

Siue oci quicquam est, seu turbæ, siue quietis:
 Alterutro, pariter nonnunquam, sepe scorsis
 Obsistunt dubijs, ut mores, ingeniumq;
 V el faciles, uel difficiles, contentio nacta est:
 Si consentitur, mora nulla interuenit, est, est:
 Sim controuersum, dissensio subiicit, non.
 Hinc foras dissulant clamoribus: hinc furiosi
 Urgia sunt Circi: cunctati hinc leta Theatri
 Sedatio: et tales agitat quoq; curia lites.
 Coniugia, et nati cum patribus ista quietis
 Verba serunt studijs, salua pietate loquentes.
 Hinc etiam placidis schola consona disciplinis,
 Dogmaticas agitat placido certamine lites.
 Hinc omnis certat dialectica turba sophorum.
 Est lux: est ne dies ergo: non conuenit isthuc,
 Nam facibus multis, aut fulguribus quoties lux
 Est nocturna homini, non est lux ista diei.
 Est, et non igitur, quoties lucem esse fatendum est.
 Sed non esse diem mille hinc certamina surgunt.
 Hinc pauci, multi quoq; talia commeditantes,
 Murmure concluso rabiosa silentia rodunt,
 Qualis uita hominu, duo quā monosyllaba uersant

VIR BONVS.

Vir bonus, et sapiēs (qualē uix repperit unū
 Millibus c multis hominū consultus Apollo)

Iudex ipse sui, totum se explorat ad unguē.
 Quid proceres, uanis ferat quid opinio uulgi
 Securus: mundi instar habens, teres, atq; rotundus,
 Externæ nequid labis per leuia fidat.
 Ille, dies quam longus erit sub sydere Cancri,
 Quantaq; nox tropico se porrigit in Capricorno
 Cogitat: et iusto trutina se examine pensat,
 Nequid hiet, nequid protuberet, angulus aquis
 Partibus ut coeat, nil ut deliret amusit.
 Sit solidum quodcumq; subest: nec mania subitus
 Indicit admotus digitis pellentibus ictus.
 Non prius in dulcem declinat lumina somnum,
 Omnia quam longi reputauerit acta diei.
 Quae prætergressus, quid gestū in tēpore, quid nō
 Cur isti factō decus absuit, aut ratio illi:
 Quid mihi præterit, cur hæc sententia sedit,
 Quam melius mutare fuit, miseratus egentem
 Cur aliquem fracta persensi mente dolorem:
 Quid uolui, quod nolle bonum fore: uile honesto
 Cur malus antetuli: num dicto, aut deniq; uultu
 Perstrictus quisquam: cur me natura magis, quam
 Disciplina trahit, sic dicta, et facta per omnia
 Ingrediens, ortoq; à uesphere cuncta reuolvens,
 Offensus prauis, dat palmam et premia rectis.

FINI.